VELLEIVS PATERCVLVS

LONDINI ET NOVI EBORACI

APUD HENRICUM FROWDE

VELLEI PATERCVLI

AD M. VINICIVM

LIBRI DVO

EX AMERBACHII PRAECIPVE APOGRAPHO

EDIDIT ET EMENDAVIT

R. ELLIS

LITTERARVM LATINARVM PROFESSOR PVBLICVS

APVD OXONIENSES

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MDCCCXCVIII

OXONII
Excudebat Horatius Hart
Typographus academicus

FRANCISCO IOHANNI HAVERFIELD

VIRO IN HIS STUDIIS

EXERCITATISSIMO

HOC OPVSCVLVM

DICATVR

PROLEGOMENA

Vellei Paterculi primus mentionem fecit Priscianus Inst. Gramm. vi. 63 (i. p. 248 Hertz) *M. Velleius Paterculus libro I: nec minus clarus ea tempestate Miltiadis filius Cimon.* Ex hoc uno fragmento, quod in codice Murbacensi non erat, Vellei praenomen cognoscitur.

Rursus citatus est a scholiasta Lucani ix. 178 *Ter enim constat triumphasse Pompeium, ut Paterculus dicit scribens: huius uiri fastigium tantis actibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertium ex Hispania triumpharet, et quot partes terrae sunt, totidem faceret* (al. *facerent*) *monimenta uictoriae suae.* Haec extabant in Murbacensi ii. 40, ubi discrepant haec, *auctibus . . . primus . . . Asia* (non *Hispania*): quae omnia emendatiora sic quam in Lucani scholio tradita sunt. Lectitatum tamen fuisse opus Vellei non desunt quae testentur. Primus quantum scio Bernaysius perspexit multa mutuatum ex hoc Seruium Sulpicium, Christianum presbyterum (A.D. 365–425): horum numerum auxit Elimar Klebs in Philologi uolum. anni 1890, p. 285 sqq., ostenditque tam frequenter Vellei uerba coniunctionesque uerborum Sulpicium adhibuisse ut studiosus eius lector atque imitator iure dicendus sit. Post hos Manitius non pauca Eginhardum, qui Carolo Magno ab

Epistulis fuit eiusque conscripsit uitam, a Velleio sumpsisse imitanda demonstrauit. Nono igitur saeculo post Christum natum extabat liber manuscriptus historiarum Vellei, qui Fuldaene an alibi fuerit exploratum non est.

Sexto decimo denique saeculo inuentus est codex *Murbacensis*, et quidem anno 1515. Sic enim de eo scripsit Beatus Rhenanus qui primus Velleium edidit anno 1520. *Equidem abhinc annos ut puto quinque cum primum hunc in Murbacensi bibliotheca reperissem, et uiderem tam prodigiose corruptum ut omnia restituere non foret humani ingenii, properanter ac infeliciter ab amico quodam descriptum, premendum plane censebam donec melioris nobis codicis fieret copia, quem acceperam haberi Mediolani inuentum olim a Georgio Merula.* Est autem Murbachium uicus Alsatiae, Gallorum et Heluetiorum in confinio: monasterium ibi fuit et bibliotheca Benedictinorum ab antiquo iam tempore, quamquam in catalogis duobus codicum manuscriptorum, qui saeculo xv in ea erant, editis nuper a Zarnckio (Philologi a. 1890, pp. 616 sqq.) nusquam memoria prodita est Vellei. Credo post scriptos demum catalogos Vellei codicem in lucem uenisse; fuisse enim in monasterii[1] bibliotheca, non in alia quapiam Murbacensi, etsi Rhenanus non sic testatus est in editione principe, eo fit uero simile, quod nec alterius ibi bibliothecae fama innotuit, nec, si ab huiusmodi bibliotheca prouenisset codex Vellei, non id diserte Rhenanus memoraturus fuit.

Codex Murbacensis qualis fuerit docuit nos Rhenanus in postscriptis quae ultimae paginae ed. Pr. adiecit. *Ausim iurare eum qui illum* (*Cod. Murbacensem*) *descripserat, ne*

[1] De monasterio Murbacensi librum satis grandem scripsit A. Gatrio, *Die Abtei Murbach in Elsass.* Strasburg i. Els. 1895.

uerbum quidem intellexisse: adeo omnia erant confusa absque ullis punctis aut distinctionibus. Quod si tu scires quam ego laborarim in hiis fragmentis utcunque restituendis, credo fateberis te mihi non nihil debere. Neque enim quia tu multa absque offensione legis, idcirco codex planus erat: imo nihil erat non deprauatum: in singulis pene uerbis haerebatur. Fatebuntur me uera dicere, quicunque uetustum codicem inspexerint, qui in Murbacensi bibliotheca adhuc asseruatur. Eundem breui post 'semilacerum' dicit. Non igitur mirum si quinque annos Rhenanus (1515–1520) parandae editioni insumpsit: nimirum et mutilus codex et uerbis male distractis fuit et punctis uel distinctione caruit, ut credibile sit Rhenanum non nisi saepius perpenso siue ipso codice siue (quod magis reor) apographo eius uisum sibi esse ueram Paterculi sententiam enucleasse. Diligentius enim rem egisse patet ex ipsius testimonio quod supra attuli; cum enim exemplar codicis habuisset *ab amico* sed *properanter descriptum*, hoc non contentus statuit editionem premere donec melior proueniret codex quem Mediolani esse audisset. Qua spe deceptus, cum nec Mediolani talem nec a Merula repertum esse intellexisset, quinto tandem anno ed. principem Basileae uulgauit.

Nondum edito libro notitia codicis peruenerat ad Auentinum (Iohannem Turmair), *Annalium Boiorum* scriptorem, fortasse ab Rhenano, cuius is condiscipulus Parisiis fuerat. Nam non solum inter auctores Chronicorum Auentinus Paterculum allegat (Praef. lib. 2 Ann. Rietzler T. ii. p. 2), sed ipsis uerbis Paterculi, quae mox Rhenanus editurus erat, Pannonici belli seriem, deinde Vari ac Romanarum legionum cladem narrauit (Rietzler, ii. pp. 125–127). Et fortasse ipse codicem uiderat, siue in Murbacensi bibliotheca, siue

ad se missum a monachis. Murbachii certe non semper codex detinebatur: Rhenanus enim eum Basileam mittendum curauerat eo anno quo principem editionem imprimebat. Nimirum apographo non contentus quod amicus *properanter* atque *infeliciter descripserat*, iterum codicem aut ipse contulit aut alii dedit conferendum[1], neque id solum, sed eos quoque *qui formulis castigandis praeerant in officina Frobeniana saepe monuit ut uetus exemplar* (h. e. ipsum codicem Murbacensem) *non minus quam exemplum* (h. e. apographon quod a Rhenano acceperant) *inspicerent.* Quod ii cum non facerent *magis curantes ut quam primum labore defungerentur quam ut liber bene haberet*, Burerus quidam, amanuensis sic enim dicitur[2] Rhenani, *uolumen typis excusum denuo cum uetusto* (h. e. Murbacensi codice) *contulit plus quam diligenter*, *cuius labor est emendationum ternio operi adiectus.*

Post Burerum nulla codicis Murbacensis notitia ad nos peruenit, uideturque eodem fato usus quo alii codices uetustissimi sed lectu difficiles penitus ex oculis hominum abrepti sunt. Exemplo sit archetypon illud, a Poggio repertum, *Astronomicon* Manili, *Siluarum* Stati; quod non minus deperditum dolemus quam hunc de quo agimus, Murbacensem Vellei codicem, mutilum eum quidem ac temporis iniuria pessime habitum, antiquum tamen, et si modo iterum possit renasci, multum ex eruditiore nostro saeculo accepturum lucis nouae.

[1] Epistula Rhenani ad Spalatinum edita a Fechtero *Die Amerbachische Abschrift des Velleius Paterculus, Basel*, 1844, p. 42 *Emisi nuper Vellaeum utcunque castigatum. In quo multum falsus sum, quod exemplar fidelissime descriptum arbitrabar, cum postrema sed nimium sera collatio librarii oscitantiam arguat.*

[2] In eadem Epistula ad Spalatinum.

Itaque ex ed. Princ. a. 1520, cum uariis lectionibus, quas Burerus ex Murbacensi enotauit addiditque tamquam supplementum appendicemque editioni Principi, pendebat tota crisis Velleiani operis usque ad annum 1834. Non quo alii non fuerint qui Murbacensis apographa uideantur habuisse; quorum duos nomino. Prior est Bernardinus Rutilius, iuris consultus 1504–1538. Hunc Fuluius Vrsinus (1529–1600), in *Notis ad Fragmenta Historicorum* anno 1595 editis, p. 415, testatus est in suo codice substituisse *meribus* pro *muneribus* Vell. ii. 48. 2 *perfectis muneribus theatri.* Hinc Vrsinus emendauit *moeniis* uel *moenibus* (p. 422). Quae coniectura licet necessaria non sit (*munera* enim *absumpta igni* dixit Velleius ii. 130. 1), e uero tamen fonte uidetur ductum illud *meribus*, fortasse ex ipso Murbacensi. Potuit enim uocabulum illic sic scriptum extare ut alii *muneribus*, alii *meribus* uideretur.

Alterius apographi mentio facta est a Montfaucono Bibliothec. Bibliothecarum ii. p. 1014 D, ubi inter libros Colbertinos in Regia Parisiensi numero signatus 6571 locum habet *Velleius Paterculus cum libro MSS* (sic) *collatus a Petro Pithoeo.* Sed hic liber Pithoei una cum 1600 aliis anno 1732 ex bibliotheca Colbertina translatus in Tabularium negotiorum exterorum (Dépôt des affaires étrangères) per turbas ciuiles saeculi xviii exeuntis periisse creditur ab Hasio, quem Seebodius rogauerat ut eum inuestigaret, uti testatus est Orellius in ed. Vellei Lipsiensi a. 1835, p. xi.

Orellio debetur quod unum adhuc manu scriptum superest codicis Murbacensis apographon; scriptum autem est anno 1516 a Bonifacio Amerbach. Hoc Orellius Basileae ex bibliotheca Academica, ubi delituerat, anno

1834 prolatum primus cum ed. Pr. contulit et insequente anno Lipsiae edidit.

Natus[1] est Amerbachius a. 1495 Basileae, minimus filiorum Ioannis Amerbachii eius qui Hieronymi scripta edidit. Puer apud Conradum Leontorium, Cisterciensem, adulescens (1507–1509) sub Hieron. Gebwiler Selestadiae educatus, mox in Basileam redux, studiorum ibi duces habuit eruditos uiros quos in domum suam pater adsumpserat, simul sibi, simul filiis praeceptores, *Matthaeum Hadrianum*, Hebraici sermonis peritum, Dominicanum *Ioannem Cuno*[2], Marci Musuri et Scipionis Crateromachi discipulum, linguae Latinae et Graecae pariter scientem; cum his (nam Basileae plerumque uixit Rhenanus, Cononis Graecus auditor, simul ut typographeo Frobeniano propius uteretur) *Beatum Rhenanum* (1485–1547), quem, utpote decem annis se maiorem, et *doctorem* suum appellat et eo familiarissimo atque intimo amico semper usus est. Mortuo Conone 1513 Amerbachius Friborgam se contulit, ibique in domo *Vlrici Zasii* sex annos iuri ciuili incubuit. Erasmum quoque norat et Glareanum, quorum hic opus suum *Laudes Heluetiae* ei dicauit, ille *tanti* eius *summae spei indolem fecit*, *ut et subinde laudibus ferret et inter eruditos primas eum occupaturum coniceret*[3]. Reuersus Basileam tum iuris professione, tum Graeca et Latina eruditione docti nomen meruit inter aequales, neque ante annum 1562 mortuus est.

Ex subscriptione quam in fine apographi sui addidit, scimus Amerbachium id confecisse *tertio Id. August.* MDXVI.

[1] Fechter, *Die Amerb. Abschrift des V. P.* p. 5.

[2] Cuno siue Cono uel Conon Norimbergensis duos amplius annos cum Amerbachiis egit, mortuusque est Basileae mense Februario a. 1513 (Fechter, p. 6).

[3] Rhenanus in Epistula ap. Fechterum, p. 7.

Basileae in aedibus suis. Codex est chartaceus, forma longior quam latior, manu scriptus cuiusmodi non paucae sunt eius saeculi, praesertim Helueticae, forma litterarum neque admodum difficili neque tamen non plurima habente quae adsuetum codicibus medii aeui detineant incertumque habeant. fol. 2^a summo scriptum est *fragmentum primi libri Vellei Paterculi*, tum *quam timuerat hostis expetit* et quae secuntur (i. 9. 1—i. 18. 3). Imo folio est magna A initialis. fol. 5^a in fine libri I subscriptum est *Vellei Paterculi ad M. Vinitium liber primus explicit.* 5^b scriptura caret. Summo fol. 6^a *Incipit liber secundus feliciter*: imo folio magna B initialis. Fol. 18^a imo magna C: fol. 30^a D. Fol. 36^a imo finem habet codex in uerbis *consiliaque omnium ciuium aut pia.* Sub his

Tertio Eid. Aug. MDXVI
Basileiae In edib. suis
Bo. Amerbacch
Θεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος [1]
$\overset{\text{P}}{\text{V}}$

Fol. 36^b scriptura caret: post hoc aliud fol. non habens numerum, cuius in parte posteriore leguntur, sic tamen ut prius codicem inuertas,

Velleius Paterculus cum multis aliis manuscriptis
Chronicon ducum Turingensium [2]
Dialogus Iulii II et (?) Petri
Epitaphia Varia
Epigrammata
Glareanus de Heluet.

[1] Anth. P. v. 293. 1 Pauli Silentiarii.

[2] Incerta sunt *ducum Turingensium*: sic tamen ea legit G. Parker inter ministros bibliothecae Bodleianae.

Epla Eman. Port. Regis
Iuliū (?) Maresidii[1] (?) communicaui
ī die Antonii a° 1558
cū Catalogo librorum Erasmi
Reddidit

Hic notandum est quod ab apographo Amerbachiano abest fragmentum prius libri I, h. e. capitula octo quae in ed. Pr. Velleiani operis initium faciunt a uerbis *Tempestate distractus* usque ad uerba *Raptus uirginum Sabinarum.* Credo anno 1516 nondum inuentum fuisse fragmentum illud, uel dubitationem mouisse an Velleiani operis pars esset; hinc Amerbachio non in manus uenisse cum reliquo Murbacensi codice; at Rhenano annos post quattuor Velleium edenti suppetisse. Nam abesse ab Amerbachii apographo folia aliquot deperdita nihil est quod indicet: sed a quibus uerbis apographon incipit *Fragmentum primi libri Vellei Paterculi* ea in summa parte folii et quidem recti studiose posuit Amerbachius, tamquam id agens ut initium paginae faceret quod fuit historiae. Sunt qui putent, et in his Fechterus, Amerbachium non ipsum Murbacensem, sed exemplar eius ab alio factum, descripsisse: hinc omissa illa octo capita fuisse, cum ab eo exemplari abfuerint. Sed repugnat uniuersa species Amerbachiani apographi: quod si cum Rhenani ed. principe conferas, uideas omnia rudiora et ut ita dicam incorruptiora illic extare, uocabulis interdum non recte diuisis (scimus autem in Murbacensi non recte diuisa extitisse), orthographia ueram antiquitatem, non saeculum XVI, referente, distinctione clausularum incerta ac perplexa, qualem in Murbacensi Rhenanus se testatur inuenisse. Praeterea in Amerbachii apographo tantus grex est uariarum lectio-

[1] *Martiani* legit G. Parker.

num, ut appareat eum in describendo saepissime haesitasse quidnam potissimum eligeret; nimirum codicem exscribebat adeo non planum ut nulla in pagina non offensurus, nulla non haesitaturus esset, quae condicio est non exemplaris a scriba facti recentiore, sed uetusti codicis, in quo quaedam madore corrupta, quaedam aeuo euanida, quaedam per inscitiam sermonis Latini turbata ac deprauata descenderint. Talis Amerbachii haesitatio potest ea quidem adulescentiae (erat annorum tantum 21) imputari; potuit tamen ex ipsa diligentia prouenire qua codicem describebat, cum nollet de dubiis certum se profiteri, statueretque non tam correctoris fungi officio quam interpretis qui quae in codice erant, omnia fideliter et pensiculate repraesentaret.

Itaque, ut expromam quod sentio, non credo Amerbachianum apographon quod nunc extat id esse de quo Rhenanus tamquam 'properanter atque infeliciter' scripto iniquius iudicium tulerit. Quid? non et alii erant quibus describendum Murbacensem Rhenanus delegaret? Multis ille cognitus, multis discipulis utebatur. Nec si conspirat tempus quo Amerbachius apographon confecit (aestas fuit a. 1516) cum uerbis Rhenani in Praefatione ad Saxoniae principem Fridericum scriptis sexto Idus Decembris a. 1520 *Equidem abhinc annos ut puto quinque cum primum hunc in Murbacensi bibliotheca reperissem, et uiderem tam prodigiose corruptum ut omnia restituere non foret humani ingenii, properanter ac infeliciter ab amico quodam descriptum, premendum plane censebam donec melioris nobis codicis fieret copia, quem acceperam haberi Mediolani inuentum olim a Georgio Merula. Verum dum frustra iam treis annos expectamus, interim doctissimus quisque mecum expostulat*; (nam ab aestate a. 1516 tres sunt anni ad aestatem a. 1519, neque diu post

prodiit Rhenani editio); idcirco statuendum erit aut Amerbachio Rhenanum munus imposuisse describendi codicis, aut Rhenano Amerbachium, non sibi potius, id apographon quo adhuc utimur, confecisse. Quid enim? iam anno 1515 inuento Murbachii codice, nonne continuo Rhenanus, neque post complures demum menses, id describendum ab amico curaturus erat? Quis autem spondeat Rhenano ex amicis adulescentem potissimum placuisse a quo id munus peteret?

Sed esto: finge Amerbachium, ut pote doctiorem ceteris cum id ei munus legatum esset ab amico, libenter suscepisse, negotiis tamen uel studiis impeditum, non statim post repertum codicem, sed sex denique uel septem exactis mensibus, siue ipsum Murbacensem siue exemplar eius descripsisse. Etiam concedatur nos hodie in manibus habere illud ipsum apographon quod Rhenani iussu confectum, Rhenanus iniquiore iudicio damnauerit. Idcircone nobis iudicio eius subscribendum erit? An non illius apographi ea est species ob quam Rhenanus merito oblocuturus amico fuerit? Nam, ut dixi, si quis id primum inspexerit, distinctiones mirabitur neglegentissime positas, uerba male diuisa, inconstantiam nomina locorum hominumque modo magnis modo paruis litteris scribendi, multa incerta relicta quonam modo recte legerentur, multa deleta et in margine post correcta, denique chirographi genus deforme nec cum codicibus nec cum libris impressis, quales eo saeculo erant, comparandum. At idem apographon, si attentius consideretur, non incuriam describentis, sed diligentiam omnia scrutantis, nihil de suo interpolantis, ipsa uitia eius quod exprimebat repraesentantis, testificatum inuenietur. Hoc qui praestet, ipse Rhenanus erit: nam ex eius editione cum apo-

grapho Amerbachii comparata praecipue elucebit utri potius danda fides sit. Hoc igitur nunc demonstrandum erit, uetustatem incorruptae lectionis qualis in codice Murbacensi fuit ex Amerbachii apographo multo magis quam ex Rhenani ed. pr. repetendam esse; ed. Pr. (P) a Bureri lectionibus (B) ex ipso Murbacensi ductis saepenumero discrepare, Am. apographon (A) rarissime.

1. Verba in A distracta sunt, sicut in Murbacensi, haec: i. 11. 2 *acha eos* suprascr. *achaeos*, 12. 3 *acto* (*del.*) *ac togae*, 13. 2 *deuictae eas egentis* pro *deuictae a se gentis*, 14. 7 *iussa binis* corr. *ius Sabinis*, 17. 6 *naturali · terque* suprascr. *naturaliterq.*, ii. 2. 2 *desciuita* pro *desciuit a*, 3. 1 *sese querentur* corr. *se sequerentur*, 6. 5 *sedaturum* pro *se daturum*, ib. *aurore pensurum* corr. *auro repensurum*, 16. 1 *inste iuscato* pro *Insteius Cato*, 19. 1 *ex turbauit* pro *exturbauit*, 30. 5 *Sparta coraptis* pro *Spartaco raptis*, 31. 1 *magis erat uiturum* suprascr. *magistratu iturum*, 32. 3 *ut horoscius* pro *Otho Roscius*, 38. 5 *mox habita lis* pro *mox ab Attalis*, 44. 2 *secedendo* pro *se˙ cedendo*, 67. 4 *interio* $\overline{\text{cos}}$ pro *inter iocos*, 76. 4 *Saluidienis caelesta consilia* pro *Saluidieni scelesta consilia*, 86. 3 *uidisset* ~~*tum*~~[*un*] *quam* pro *uidisset umquam*, 95. 2 *perdomuere. Tantae* pro *perdomuerunt ante.*

2. Loci deprauati quos exactius A quam P seruauit.

i. 12. 7 *neque se Roma iam terrarum orbi superato securam superauit fores si mo quam stantis maneret Carthaginis* A m. pr., quod statim sic correxit *sperauit—fore—mo*[*nilu*] *usquam*: unde Baiter elicuit *si moni*(*mē*)*tū usquam.* At in P est *si nomen usquam*, aperte interpolatum. ii. 14. 1 *immensa illa et incognita* ~~*que*~~ *qua* ꝭ*um* (suprascr. *quae eum*) *semper*

comitabatur cunctis in (suprascr. *cinctus*) *multitudine in area* (suprascr. *atrio*) *domus suae cultello percussus* A, unde quasi oculis ingeritur qualis fuerit is codex quem Am. transcribebat, uidelicet lectu ita difficilis ut maximam dubitationem ipsi mouerit, nobis incertum reliquerit quid Velleius uoluerit; nam quod P dat *quae eum s. comitabatur* non certius est quam sequens *atrio*, cum potuerit V. non minus bene scribere *quae tum eum s. comitabatur*, et, quod restituit Orellius, *area*. 31. 2 *usque ad quinquagesimum miliarium amari · quod*[1] *C̄ pene totius ~~orbis~~ terrarum orbis imperium uni uiro deferebatur* A, at P *a mari quo senatus Cos. pene totius terrarum orbis.* Hinc colligas in archetypo fuisse *amari*, praepositione a casu suo non dirempta; *senatus* non sic plene scriptum, sed per unam litteram, quae obscurata parte sui *d* potius uideri posset; *consulto*[2] quod edidit Rhenanus, per *Cos* uel *C̄*: denique illud dubitationem mouisse Amerbachio *orbis terrarum* an *terrarum orbis* potius esset in archetypo. 55. 1 *Caesar in peruectus in Africam et quam Pompeiani obtinebant exercitus. Ibi* A, unde facili coniectura elicias *Caesar* ut *peruectus in Afr.* est, *quam Pompeiani obtinebant exercitus, ibi.* At P omissis *in*, *et* locum sic exhibet *Caesar peruectus in Afr. quam P. o. e. ibi.* Sed ex archetypo abfuisse *in*, *et* quis credat? Nimirum emendata sunt quae P dedit: uere emendata non dedit. 76. 4 *proximus a Cn. Pompeio ipsoque Caesare ex sequestri ordinis* $\overline{CONS}$. *creatus*

[1] Non est *quos*, ut uisum est Fechtero: postrema littera, quam ille s legit, d est sed non solito more exarata; nam b quidem, cuius speciem quandam habere uisa est I. Schneidero, praeposito bibliothecae, uix poterit esse.

[2] In textu edidi *quo decreto*: sed plerique *quo senatus consulto* praetulerunt.

esse A, *equestri* Burerus, *equestris* P. Hic duo testantur ablatiuum, una P *equestris*. Cedimus duplici testimonio; uidelicet *ordinis* corruptum fuerat in archetypo; fortasse *ordine* in *ordine̸* (est *e̸* compendium scripturae pro *-is*) mutatum fuerat. Quod autem A habet *sequestri*, Burerus *equestri*, credo ad Murbacensem propius A accedere; *s* illud post *ex* sponte adcreuisse per soni similitudinem, *exsequestri*, quemadmodum *exsequi*, *exequi* saepissime inter se mutata extant, ita tamen ut *exs.* frequentetur magis in antiquissimis.

3. Loci in quibus A et B(urerus) contra P conspirant.

ii. 15. 1 *Fontemium* AB, *Fonteium* P. 32. 1 *nimium iam liber aeret reip.* AB, *liber aere reip.* P. Hic archetypon *aeret* potius quam *aere* praestitisse iudico, quamuis in dubio sit quid in illo *-ret* lateat, possitque ex mera dittographia uenisse, cum *rei* male confusum. An excidit *f*, paulatim deinde ex *liberae fieri reip.* conflatum est *liber aeret*? 44. 2 *auctoritate Pompei uiri uiribus teneret Caesaris* A et Burerus, *uiribus* sine *uiri* P. Habuit igitur Murbacensis, qui Burero in manibus erat, illam geminationem *uiri uiribus*, ad sententiam ineptissime, ad nostram crisin utilissime: fit enim uero simile, ut Burerum, sic etiam Amerbachium, ineptum illud in Murbacensi legisse. 87. 1 *At Cleopatra frustratis custodibus inlata aspidem morsus* (altera *s* inducta) *sane eius expers muliebris metus spiritum reddidit* A, *inlata aspide in morsu* Burerus, *inlata aspide morsu* P. Rursus conspirant A et B contra P, sed quod *in* huic, *m* potius uisum est Amerbachio: itaque fuit in Murbacensi quod uel *in* uel *m* posset legi; neque id recte a Rhenano omissum siue uerius expunctum est.

4. Loci uel uocabula quorum deprauatio, sicut extat in A, manifeste redit ad codicem qui per uetustatem obscuratus,

aut per formas litterarum compendiorumque scribendi difficilis esset.

Inter haec maxime notabile illud est quod Burerus ad p. 24. 39 ed. Pr. adnotauit 'a sic scribitur cc', testaturque idem 'in quibusdam aliis ueterum codicibus' inueniri. Id quam uerum sit nunc demum, editis per artem phototypicam tot ueterum MSS codicum imaginibus—Chatelaini opus eximium omnibus in promptu esse confido—cognouimus. Ex his constat *a* apertiore, quam dicunt, forma per *a*, quae non longe discrepat a *cc*, in MSS antiquioribus, praecipue saec. viii–xi, effictam fuisse (Thompson *Greek and Latin Palaeography* p. 258, Prou *Manuel de Paléographie* pp. 76, 80, 93, H. Schenkl *zu Grattius und anderen Lateinischen Dichtern* p. 415). Huius specimen luculentissimum edidit Prou tab. iv, p. 79. Hinc uidetur explicandum id quod Amerbachius dedit ii. 2. 1 *graacchus*, cum prius *gracchus* exarasset sed deleuisset incertus scripturae. Rursus sic[1] pro *hic a toga uirili adsuetus commilitio* factum est in AP *hicce toga* (*coga* A) *u. a. c.* Et hoc quidem loco ipse Burerus testatus est *hic a toga* se in Murbacensi legisse.

Confusae sunt *c*, *e* ii. 7. 3 ubi *sane tum* Amerbachius in *sanctum* correxit; rursus *u*, *o* ii. 19. 1 *contractu* A, pro *contracto*; ii. 45 fin. *effūsa* A, Velleius *effusa*; *m*, *in*, *ni* i. 14. 7 *paestuni* suprascr. *paestum* A, i. 9. 2 *primores* A, *proniores* Velleius; *rm*, *nn* i. 15. 1 ubi *armis* prius scripsit Amerbachius, mox deleto eo *annis*.

n, *ri* ii. 45. 3 *interita* A, *intenta* Velleius; *n*, *ti* 75. 2 *expectatis* suprascr. *expectans* A, *exspectatis* Velleius; *n*, *r* 96. 3 *Pannoriorum* suprascr. *Pannonicorum* A, *Pannoniorum* Velleius; *d*, *b* ii. 2 fin. *adrogauit* A et Burerus, *abrogauit*

[1] Nam ex *hic a toga* factum est *hic ce toga*.

ab
Velleius; ii. 20. 1 *ad exercitū* A: *ad exercitum* P, sed Burerus adnotauit Murbacensem sic habere ut dubium sibi esset utra esset uerior lectionum. Itaque ex ipso Murbacensi fluxit haesitatio illa Amerbachii: contra ex eo quod in P est nulla suspicio suboritur ambigue exaratum esse hoc in loco Murbacensem. Vtri igitur credimus? Amerbachio, ut opinor; Rhenano minor fides habenda erit.

i, *t* ii. 51. 1 *uirebatur* suprascr. *ut rebatur* A, *uirebatur* P, sed 'Alias ut rebatur' marg. P, *ut rebatur* Velleius.

u, *ii* ii. 84. 3 *Corinthiis* suprascr. *Corinthus* A, *Corinthus* Velleius.

His fortasse addendum erit quod interdum in A repperi, ut *et* per & compendiario significetur, uelut i. 14. 2 *s&ina* suprascr. *setina*, ii. 10. 2 *no&ur* pro *no(t)etur*. Illud compendium puto Amerbachium ex ipso Murbacensi sumpsisse; constat enim in uetustissimis id codicibus frequentissime, post saec. xii rarius prouenire[1].

5. Venio ad orthographiam, qua una re omnium certissime demonstratur praestantia Amerbachiani apographi. Vt primum allegem quod praecipuum est, absunt in uniuersum ab A pluralis nominatiui accusatiuique in *-eis* exeuntes, quae forma, Vellei aeuo iam obsolescens, rarissime inuenitur in codicibus qui ad nos scriptorum Tiberio uel Augusto aequalium antiquissimi descenderunt. At in P constanter fere sic scripti sunt: uidelicet credidit ea aetas (saec. xvi) sic potius scripsisse qui prima exempla horum ediderant.

Vide quae de hac re congessit Neue, suppleuit Wagener *Formenlehre* i. pp. 245–258 ed. tertiae. Non uereor dicere

[1] Recurrit tamen in cod. Bodleiano Stati Siluarum (Barlow 23) saec. xv exeuntis.

ex hoc uno praelucere maxime fidem Amerbachii, derogari Rhenani: hic fucatam uetustatem simulauit, ille ueram repraesentauit.

Inter orthographiae exempla haec pono: *artus*, *artare* septies Velleius usurpauit; bis tantum sequiore orthographia A *arctata* ii. 10 fin., *arctissimis* i. 17. 4, quinquies per *rt* *artati* i. 16. 2, ii. 86. 1, *artatum* i. 16 fin., *artissimam* ii. 100. 4, *arto* ii. 124. 1. At ineunte saec. xvi sequiorem formam per *rct* malebant: nimirum non horum futtili doctrinae Amerbachius obtemperauit, sed codicem suum uera ac uetera seruantem secutus est.

uocauit pro *uacauit* (sic certe legere mihi uisus sum) A i. 15. 1; potestque id uerum esse, quamquam ceteris in locis Velleianis per *a* elatum est: ostendit Munro ad Lucr. i. 520 *uocare* antiquioris esse latinitatis, *uacare* serioris, nec nisi post Domitiani aetatem in Inscriptionibus prouenire. In Manil. i. 13 *uacat* Gemblacensis, *uocat* reliqui codices Iacobi. Ex Ribbeckiana ed. Vergili intellego G. iii. 477 *uacantis* R, *uocantis* MP habere, at reliquis quattuor locis *uacare*, *uacet*, *uacat* (bis) M constanter; ut dubium relinquatur Tiberi aetate num adhuc *o* in codicibus MSS. nisi uno alteroue proueniat. ii. 18. 2 *interemi* (infin.), ii. 58. 2 *interemendum* A, contra morem saec. xvi. Iam *temptare* decies usurpauit Velleius; et sic septies per *mpt* scriptum in A inueni: ii. 54. 1 *temtassent*, ii. 49. 3 *tentari* corr., sed *temptari* m. pr., ii. 106. 2 *tentatum*. Itaque semper fere codici obsecutus est Am., non saeculo suo, qua iam *tentare* malebant. Praeterea ii. 114. 4 pro *reliquiis* A dat *reliquis*, solito more antiquitatis; de qua re dixerunt Mommsenus ad Mon. Ancyr. c. iii, Ribbeckius in Prolegom. Vergili iv.

Poteram plura adferre, sed haec ad propositum satis sunt.

Non enim temere uideor autumasse Amerbachiani apographi eam speciem esse ut in magna rerum strage supersit tamen unde Vellei dissoluta domus resurgat. Bentleio certe uix licet adstipulari, qui anno 1713 scribens, Paterculum cum Hesychio, utrumque ex uno codice pendentem, comparabat, docebatque tot in utroque libro inueniri uitia scribarum, ita sine remedio esse deprauationes, ut, cum per ducentos annos uiri doctissimi atque sagacissimi crisin in eis exercuissent, essent tamen etiam tum errorum congeries confusa uiderenturque futuri[1]. At uero plurimum in Paterculo restituendo et ante Amerbachii receptum codicem Wopkensius, aequalis Bentlei, et Ruhnkenius profecerunt, et recepto iam codice Orellius, Kritzius, Maduicus, Halmius. Nec tamen infitior, id quod ex congestis in ed. Kritz. emendationibus Paterculi nimis est in propatulo, non pauca superesse quae ut non sint insanabilia, sanata certe a nullo hactenus fuerint. Hoc est cur Am. apographon (A) denuo excutiendum susceperim, omniaque inde enotarim quae ego et ante me Fechterus ab Orellio praetermissa uel iniuria Amerbachio adtributa intellexerimus.

[1] Remarks upon a late discourse of Free-thinking, section 32 'In profane authors (as they are called), whereof one manuscript only had the luck to be preserved, as Velleius Paterculus among the Latins, and Hesychius among the Greeks, the faults of the scribes are found so numerous, and the defects so beyond all redress, that notwithstanding the learnedest and acutest critics for two whole centuries, these books are still, and are like to continue, a mere heap of errors.'

A = Amerbachii apographon codicis Murbacensis nunc deperditi, scriptum anno 1516, nunc bibliothecae Academicae Basileensis *A. N.* ii. 8.

P = ed. Princeps, impressa anno 1520.

B = Bureri lectiones ex ipso Murbacensi descriptae, et in fine ed. Principis adiectae.

VELLEI PATERCVLI

AD M. VINICIVM

LIBRI DVO

LIBER PRIMVS

. . . *Epeus* tempestate distractus a duce suo Nestore 1
Metapontum condidit. Teucer, non receptus a patre Tela-
mone ob segnitiam non uindicatae fratris iniuriae, Cyprum
adpulsus cognominem patriae suae Salamina constituit.
Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupauit, Phidippus Ephy-
ram in Thesprotia. at rex regum Agamemnon tempestate 2
in Cretam insulam reiectus tris ibi urbis statuit, duas
a patriae nomine, unam a uictoriae memoria, Mycenas,
Tegeam, Pergamum. idem mox scelere patruelis fratris
Aegisthi, hereditarium exercentis in eum odium, et facinore
uxoris oppressus occiditur. regni potitur Aegisthus per 3
annos VII. hunc Orestes matremque socia consiliorum
omnium sorore Electra, uirilis animi femina, obtruncat.
factum eius a diis comprobatum spatio uitae et felicitate
imperii apparuit; quippe uixit annis XC, regnauit LXX.
qui se etiam a Pyrrho Achillis filio uirtute uindicauit.

1 Epeus add. *Lipsius* 4 cognomine *P* 5 Philippus *P*, *em. Aldus nepos* 7 tres *P* urbes *P* 9 Tegaeam *P* 10 *et* 11 Aegisti . . . Aegistus *P* 12 'alias cum socia' *Rhenanus* 15 $\overline{\text{xc}}$. *P* $\overline{\text{lxx}}$. *P* 16 quin *Wopkens*

nam quod pactae eius Menelai atque Helenae filiae Her-
4 miones nuptias occupauerat, Delphis eum interfecit. per
haec tempora Lydus et Tyrrhenus fratres cum regnarent
in Lydia, sterilitate frugum compulsi sortiti sunt uter cum
parte multitudinis patria decederet. sors Tyrrhenum con-
tigit: peruectus in Italiam et loco et incolis et mari nobile
ac perpetuum a se nomen dedit. post Orestis interitum filii
eius Penthilus et Tisamenus regnauere triennio.

2 Tum fere anno octogesimo post Troiam captam, centesimo
et uicesimo quam Hercules ad deos excesserat, Pelopis
progenies, quae omni hoc tempore pulsis Heraclidis Pelo-
ponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur.
duces recuperandi imperi fuere Temenus, Cresphontes,
Aristodemus, quorum abauus fuerat. eodem fere tempore
Athenae sub regibus esse desierunt, quarum ultimus rex
fuit Codrus, Melanthi filius, uir non praetereundus. quippe
cum Lacedaemonii graui bello Atticos premerent respon-
dissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos
futuros superiores, deposita ueste regia pastoralem cultum
induit, immixtusque castris hostium, de industria rixam con-
2 ciens inprudenter interemptus est. Codrum cum morte
aeterna gloria, Athenienses secuta uictoria est. quis eum
non miretur, qui his artibus mortem quaesierit, quibus ab
ignauis uita quaeri solet? huius filius Medon primus
archon Athenis fuit. ab hoc posteri apud Atticos dicti
Medontidae: sed hic insequentesque archontes usque
ad Charopem, dum uiuerent, eum honorem usurpabant.
Peloponnesii digredientes finibus Atticis Megara, mediam

1 ei *Aldus* 5 *an* Tyrrheno? 8 Penthelus *P*, *em. Vrsinus* 13 imperii *P* Teminus *P* 14 abauus *Scaliger*: atauus *P* fere *B*: ferme *P* 20 de industria imprudenter rixanincies (rixam. ncies *B*) *PB*: rixam ciens *Burer*: r. iniiciens *Rhenanus*: r. conciens *scripsi*: imprudenter *Acidalius transposuit ante* interemptus: *Orelli scribebat* imp. de ind. r. ciens interemptus est 23 iis *Orelli* 26 hic *Susius*: hii *P* 28 Peloponnesi *P* Megara *Heinsius*: Megaram *P*

Corintho Athenisque urbem, condidere. ea tempestate et 3
Tyria classis, plurimum pollens mari, in ultimo Hispaniae
tractu, [in] extremo nostri orbis termino, insulam circum-
fusam Oceano, perexiguo a continenti diuisam freto, Gadis
condidit. ab iisdem post paucos annos in Africa Vtica
condita est. exclusi ab Heraclidis Orestis liberi iactatique
cum uariis casibus tum saeuitia maris quinto decimo anno
sedem cepere circa Lesbum insulam.

Tum Graecia maximis concussa est motibus. Achaei ex **3**
Laconica pulsi eas occupavere sedis, quas nunc obtinent:
Pelasgi Athenas commigrauere, acerque belli iuuenis nomine
Thessalus, natione Thesprotius, cum magna ciuium manu
eam regionem armis occupauit, quae nunc ab eius nomine
Thessalia appellatur, ante Myrmidonum uocitata ciuitas.
quo nomine mirari conuenit eos, qui Iliaca componentes 2
tempora de ea regione ut Thessalia commemorant. quod
cum alii faciant, tragici frequentissime faciunt, quibus minime
id concedendum est; nihil enim ex persona poetae, sed
omnia sub eorum, qui illo tempore uixerunt, † dixerunt.
quod si quis a Thessalo Herculis filio eos appellatos Thes-
salos dicet, reddenda erit ei ratio, cur numquam ante hunc
insequentem Thessalum ea gens id nominis usurpauerit.
paulo ante Aletes, sextus ab Hercule, Hippotis filius, Corin- 3
thum, quae antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi con-
tinentem, in Isthmo condidit. neque est quod miremur
ab Homero nominari Corinthum; nam ex persona poetae
et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus
appellat, quibus uocabantur aetate eius, multo post Ilium
captum conditae.

Athenienses in Euboea Chalcida *et* Eretriam colonis 4

3 in *del. Ruhnken* insulam *Iuntina* : insula *P* 4 Gadeis *P* 10 sedes *P* 16 quod cum alii faciunt tum tragici frequentissime *Pluygers* 19 uixere *Heins.* disserunt *Orelli* 23 sextus *P*: quintus *Lipsius* 30 Chalcida (Chalcide *nonnulla exempla*) Erethriam *P*, et *add. Gelenius*

occupauere, Lacedaemonii in Asia Magnesiam. nec multo post Chalcidenses orti, ut praediximus, Atticis Hippocle et Megasthene ducibus Cumas in Italia condiderunt. huius classis cursum esse directum alii columbae antecedentis uolatu ferunt, alii nocturno aeris sono, qualis Cerealibus
2 sacris cieri solet. pars horum ciuium magno post interuallo Neapolim condidit. utriusque urbis eximia semper in Romanos fides facit eas nobilitate atque amoenitate sua dignissimas. sed illis diligentior ritus patrii mansit custodia, Cumanos Osca mutauit uicinia. uiris autem ueteres earum urbium hodieque magnitudo ostentat moenium.
3 subsequenti tempore magna uis Graecae iuuentutis abundantia uirium sedis quaeritans in Asiam se effudit. nam et Iones duce Ione profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimae occupauere, quae hodieque appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocaeam, multasque in Aegaeo atque Icario occupauere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum, Delum
4 aliasque ignobilis. et mox Aeolii eadem profecti Graecia longissimisque acti erroribus non minus inlustris obtinuerunt locos clarasque urbis condiderunt, Zmyrnam, Cymen, Larissam, Myrinam, Mytilenenque et alias urbis, quae sunt in Lesbo insula.

5 Clarissimum deinde Homeri inluxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operis et fulgore carminum
2 solus appellari poeta meruit; in quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ipse imitaretur, neque post

1 Asiam ac Nesiam *P*, *emend. Gelenius* 3 Megestene *P* 5 aeris *B* : æris *P* 6 non magno *Scriner* 9 illis *Ruhnken* : aliis *P* 10 uires *P* 12 graecae *B* : Graeciae *P* 13 uirorum *Burmann et Warburton* sedes *P* 17 Erythras *Kritz* 19 Pharum *P* 20 ignobiles *P* Aeoli *Lachmann ad Lucr.* v. 85 ex eadem *Madvig* 21 inlustres *P* 22 urbes *P et sic infra* Zmyrnam *Halm ut* ii. 69. 1 *habet A* Zmyrnae : Smyrnam *P* 23 Mytilenemque *P* urbis *del. Gruter* 28 ipse *Halm* : ille *P*, *quod del. Nouák*

illum, qui eum imitari posset, inuentus est. neque quem-
quam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo
perfectissimum praeter Homerum et Archilochum reperie-
mus. hic longius a temporibus belli, quod composuit, 3
Troici, quam quidam rentur, abfuit; nam ferme ante annos
DCCCCL floruit, intra mille natus est. quo nomine non est
mirandum, quod saepe illud usurpat *οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν*;
hoc enim ut hominum, ita saeculorum notatur differentia.
quem si quis caecum genitum putat, omnibus sensibus
orbus est.

Insequenti tempore imperium Asiaticum ab Assyriis, qui **6**
id obtinuerant annis MLXX, translatum est ad Medos, abhinc
annos ferme DCCLXX. quippe Sardanapalum eorum regem 2
mollitiis fluentem et nimium felicem malo suo, tertio et
tricesimo loco ab Nino et Semiramide, qui Babylona con-
diderant, natum, ita ut semper successor regni paterni foret
filius, Arbaces Medus imperio uitaque priuauit. ea aetate 3
clarissimus Grai nominis Lycurgus Lacedaemonius, uir generis
regii, fuit seuerissimarum iustissimarumque legum auctor et
disciplinae conuenientissimae uiris, cuius quam diu Sparta
diligens fuit, excelsissime floruit. hoc tractu temporum 4
ante annos quinque et sexaginta quam urbs Romana con-
deretur, ab Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant,
Carthago conditur. circa quod tempus Caranus, uir generis 5
regii, † sextus decimus ab Hercule, profectus Argis regnum
Macedoniae occupauit; a quo Magnus Alexander cum
fuerit septimus decimus, iure materni generis Achille auc-
tore, paterni Hercule gloriatus est. [Aemilius Sura de annis 6

1 possit *P*, *em. Aldus* 6 DCCCCL *P* 7 *οἷοι . . . εἰσιν suppleuit Vrsinus, om. P* 12 ∞LXX *P*: MCCLXX *Berndt* 13 DCCLXX *P*: DCCCLXX *Lipsius* 15 tricensimo *B*: trecentesimo *P* 17 Arbaces *G. Fabricius*: Pharnaces *P* 20 uiris *Lipsius*: uir *P*: uirtuti *Heinsius*: iis *Scriner* 24 Taronus *P*, *em. Gelenius* uir generis regii *del. Lipsius* 25 undecimus *Scaliger et Wesseling* 28 Aemilius Sura . . . anni MDCCCCXCV *haec inducenda esse primus uidit P. Delbenius apud Aldum*

populi Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones; exinde duobus regibus Philippo et Antiocho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginem subactam deuictis summa imperi ad populum Romanum peruenit. inter hoc tempus et initium regis Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus, intersunt anni MDCCCCXCV.]

7 Huius temporis aequalis Hesiodus fuit, circa CXX annos
distinctus ab Homeri aetate, uir perelegantis ingeni et
mollissima dulcedine carminum memorabilis, oti quietisque
cupidissimus, ut tempore tanto uiro, ita operis auctoritate
proximus. qui uitauit, ne in id quod Homerus incideret,
patriamque et parentes testatus est, sed patriam, quia mul-
2 tatus ab ea erat, contumeliosissime. dum in externis moror,
incidi in rem domesticam maximique erroris et multum
discrepantem auctorum opinionibus: nam quidam huius
temporis tractu aiunt a Tuscis Capuam Nolamque conditam
3 ante annos fere DCCCXXX. quibus equidem adsenserim:
sed M. Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab
iisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam; stetisse autem
Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter CCLX.
4 quod si ita est, cum sint a Capua capta anni CCXL, ut con-
dita est, anni sunt fere D. ego, pace diligentiae Catonis
dixerim, uix crediderim tam mature tantam urbem creuisse,
floruisse, concidisse, resurrexisse.

8 Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen et ad excitandam corporis animique uirtutem efficacissimum Olympiorum initium habuit, auctorem Iphitum Elium. is eos ludos mercatumque instituit ante annos, quam tu,

3 quia *P* 5 imperii *P* 6 Nini *Rhenanus*: Nisi *P* 7 potitust *Mommsen* 9 disiunctus *Pluygers* ingenii *P* 10 ocii *P* 12 inciderat *P*, *em. Gelenius* *Num* q. u. id in quod H. inciderat? 15 maximique *Rhenanus*: maximeque *P* 18 DCCCXXX *P* 20 eisdem *P* 21 CCLX *P* 22 CCXL *P* 23 D *P* 28 Olympicum *Acidalius* *an* Eleum?

LIBER I

M. Vinici, consulatum inires, dcccxxiii. hoc sacrum 2
eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme mccl
Atreus, cum Pelopi patri funebris ludos faceret, quo qui-
dem in ludicro † omnisque generis certaminum Hercules
uictor extitit. tum Athenis perpetui archontes esse de- 3
sierunt, cum fuisset ultimus Alcmaeon, coeperuntque in
denos annos creari: quae consuetudo in annos lxx mansit
ac deinde annuis commissa est magistratibus res publica.
ex iis, qui denis annis praefuerunt, primus fuit Charops,
ultimus Eryxias, ex annuis primus Creon. sexta olympiade 4
post duo et uiginti annos quam prima constituta fuerat,
Romulus, Martis filius, ultus iniurias aui Romam urbem
Parilibus in Palatio condidit. a quo tempore ad uos con-
sules anni sunt † septingenti octoginta unus; id actum post
Troiam captam annis ccccxxxvii. id gessit Romulus 5
adiutus legionibus Latini aui sui; libenter enim iis, qui
ita prodiderunt, accesserim, cum aliter firmare urbem
nouam tam uicinis Veientibus aliisque Etruscis ac Sabinis
cum inbelli et pastorali manu uix potuerit, quamquam eam 6
asylo facto inter duos locos auxit. hic centum homines
electos appellatosque patres instar habuit consili publici.
hanc originem nomen patriciorum habet. raptus uirginum
Sabinarum . . .

[Nec minus clarus ea tempestate fuit Miltiadis filius Cimon.]

1 dcccxxiii *P*: dccciii *Laurent*: dccciv *Lipsius*: dcccxiii *Krause*, '*sed uetat Mommsen mutari numerum MCCCXXIII quia si adiciantur anni CCCCXXVII, quos posuit Clemens Alexandrinus, ipsi illi conficiuntur anni MCCL, quos deinde Velleius enumerat.*' *Haase ed.* 2 *p.* vii. 2 ∞ ccl *P* 3 patris *P* funebres *P* 4 omnis *Gelenius*: cuiusque *Gurlitt* 10 Eryxias *Meursius*: Erix *P* 14 d.cccc.lxxx.l. *P*, *em. Gelen. et Laurent* 15 ccccxxxvii *P* 16 Latinis *Lipsius* his *P*, *emend. Orelli* 19 eam *Heinsius*: iam *P* 21 consilii *P* 22 *uerba* raptus uirg. Sab. *non esse Vellei, sed a librario margini ascripta mox in textum irrepsisse censebat Voss* 24 [Nec . . . Cimon] *non habet P, seruauit Priscianus* VI. 63, i. p. 248 *Hertz*

9 . . . quam timuerat hostis, expetit. nam biennio adeo
uaria fortuna cum consulibus conflixerat, ut plerumque
superior foret magnamque partem Graeciae in societatem
2 suam perduceret. quin Rhodii quoque, fidelissimi antea
Romanis, tum dubia fide speculati fortunam proniores
regis partibus fuisse uisi sunt; et rex Eumenes in eo
bello medius fuit animo, neque fratris initiis neque suae
3 respondit consuetudini. tum senatus populusque Romanus
L. Aemilium Paulum, qui et praetor et consul triumphauerat,
uirum in tantum laudandum, in quantum intellegi uirtus
potest, [consulem creauit,] filium eius Pauli, qui ad Cannas
quam tergiuersanter perniciosam rei publicae pugnam
4 inierat, tam fortiter in ea mortem obierat. is Persam ingenti
proelio apud urbem nomine Pydnam in Macedonia
fusum fugatumque castris exuit deletisque eius copiis destitutum
omni spe coëgit e Macedonia profugere, quam ille
linquens in insulam Samothraciam perfugit templique se
religioni supplicem credidit. ad eum Cn. Octauius praetor,
qui classi praeerat, peruenit et ratione magis quam ui per-
5 suasit, ut se Romanorum fidei committeret. ita Paulus
maximum nobilissimumque regem in triumpho duxit. quo
anno et Octaui naualis praetoris et Anici regem Illyriorum
Gentium ante currum † agentium triumphi fuere celebres.
6 quam sit adsidua eminentis fortunae comes inuidia altissimisque
adhaereat, etiam hoc colligi potest, quod cum Anici
Octauique triumphum nemo interpellaret, fuere, qui Pauli

1 *hic incipit A in summo fol.* 2, *praecedentibus his* 'fragmentum primi libri Vellei Paterculi' 3 foret *Acid. et Nouák*: fuerit *P*: fuit *BA* 4 quin *Gelenius*: quibus *AP*: ex quibus *Herel* antea *BA*: ante *P* 5 primores *A* 11 cons. creauit *om. A*, *interpolata habuit Orelli*, *ipse praeferens* ei bello praefecit 13 mortem *P*: morte *BA* 'alias Perseum' *Rhenanus*: Persen *infra* i. 11. 1 17 perfugit *Crusius* (*Probab. crit. p.* 116): profugit *AP* 18 C̄N̄ *A* P.R. *A* 22 Octaui *pr. A*, *deinde i addita* Octauii naualis P.R. *prius A*, *post correctum in* P.R. naualis Anitii *A et sic infra*: Anicii *P* 23 agentis *Gelenius, quod plerique receperunt*

impedire obniterentur. cuius tantum priores excessit uel
magnitudine regis Persei uel specie simulacrorum uel modo
pecuniae, ut, bis miliens centiens sestertium aerario con-
tulerit is et [omnium] ante actorum comparationem
amplitudine uicerit.

Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis 10
Olympieum inchoauit, † cum regem Syriae †, Ptolemaeum
puerum Alexandriae obsideret, missus est ad eum legatus
M. Popilius Laenas, qui iuberet incepto desistere. manda- 2
ta*que* ut exposuit regem deliberaturum se dicentem cir-
cumscripsit uirgula iussitque prius responsum reddere, quam
egrederetur finito harenae circulo. sic cogitationem regiam
Romana disiecit constantia oboeditumque imperio. Lucio 3
autem Paulo magnae uictoriae compoti quattuor filii fuere;
ex iis duos natu maiores, unum P. Scipioni P. Africani
filio, nihil ex paterna maiestate praeter speciem nominis
uigoremque eloquentiae retinenti, in adoptionem dederat,
alterum Fabio Maximo. duos minores natu praetextatos, quo
tempore uictoriam adeptus est, habuit. is cum in contione 4
extra urbem more maiorum ante triumphi diem ordinem
actorum suorum commemoraret, deos inmortalis precatus
est, ut, si quis eorum inuideret operibus ac fortunae suae,

1 adniterentur *Acidalius* inuidiose *malebat Scriner* *num* per inuidiam? prioris *A* : prioreis *P* 3 bis milies centies S–H *P* contulerit his et *AP*, *corr. Schoepfer et post eum Thomas* : bis milies centies aerario contulerit HS ut *Mommsen* 4 omnium *om. A* 6 Epyphanesq. ~~qua~~ Athenis (*sic*) *A sed prius* quathenis 7 Olympicum *AP*, *em. Sylburg* tum *P* rex *Aldus* : rediens e Syria *Warburton* : Syriae rex regem *Scriner* Ptolom. *hic scribendum censet Thomas cum sic scriptum sit in A* ii. 45. 4, 53. 1 9 M.] *immo* C. mandataque ut exposuit *Haase* : m. exp. ut (et *P*) *AP* 12 cunctationem *Acidalius* 13 obeditumque *P* Lutio *A* *non bene cohaerent haec cum praecedentibus, et nonnulla excidisse suspicor* 14 magnae *AP* : Macedonicae *Ruhnken* compote *AP*, *em. Gelenius* quatuor *P* 15 duos *P* : duo *A* 16 nominis ~~sui~~ (*sic A*) 17 ~~retinentem~~ retinenti *A* (*sic*) 18 duos *AP* 19 domi habuit *Ruhnken* Istum in *A* 20 ante triumphum ~~triumphi~~ (*sic*) diem *A* : a. triumphi diem *P* in ordinem *A* 21 actorum s. *BA* : suorum a. *P* imm. *P* : īm. *A*

5 in ipsum potius saeuiret quam in rem publicam. quae uox
ueluti oraculo emissa magna parte eum spoliauit sanguinis
sui: nam alterum ex suis, quos in familia retinuerat, liberis
ante paucos triumphi, alterum post pauciores amisit dies.
6 aspera circa haec tempora censura Fului Flacci et Postumii
Albini fuit: quippe Fului censoris frater, et quidem consors,
Cn. Fuluius senatu motus est ab iis censoribus.

11 Post uictum captumque Persen, qui quadriennio post in
libera custodia Albae decessit, Pseudophilippus a mendacio
simulatae originis appellatus, qui se Philippum regiaeque
stirpis ferebat, cum esset ultimae, armis occupata Mace-
donia, adsumptis regni insignibus, breui temeritatis poenas
2 dedit: quippe Q. Metellus praetor, cui ex uirtute Macedo-
nici nomen inditum † erat, praeclara uictoria ipsum gentem-
que superauit, et inmani etiam Achaeos rebellare incipientis
3 fudit acie. hic est Metellus Macedonicus, qui porticus,
quae fuerunt circumdatae duabus aedibus sine inscriptione
positis, quae nunc Octauiae porticibus ambiuntur, fecerat,
quique hanc turmam statuarum equestrium, quae frontem
aedium spectant, hodieque maximum ornamentum eius
4 loci, ex Macedonia detulit. cuius turmae hanc causam
referunt, Magnum Alexandrum impetrasse a Lysippo, sin-
gulari talium auctore operum, ut eorum equitum, qui ex
ipsius turma apud Granicum flumen ceciderant, expressa
similitudine figurarum faceret statuas et ipsius quoque iis
5 interponeret. hic idem primus omnium Romae aedem ex
marmore in iis ipsis monimentis molitus *huius* uel magni-

1 saeuiret *A*: saeuirent *P* 3 ex iis *Aldus*, *an* liberis *glossema est?* 5 Posthumii *P* 6 ~~fueri~~ fuit *A* 8 quadriennio *BA*: quadriennium *P* 9 P. seudo philippus *A* 12 adsumptis *coni. Burer*: adsumpti *AP*: ~~temeratis~~ (*sic*) *suprascr.* temeritatis *A* 13 PR. *A* 14 erat *del. Gelenius*: est *Vossius*: inditurus erat (*sc.* Pseudophilippus) *Mommsen*: indi fatum *uel* destinatum erat *Thomas* 15 ĩmani *A*: imm. *P* incipientes *P* 17 fuerunt *A*: fuere *P* 22 imperasse Lysippo . . . auctori *Salmasius et Freinsheim* 24 Granium *A* 27 monum. *AP* huius *add. Ruhnken*

ficentiae uel luxuriae princeps fuit. uix ullius gentis aetatis 6
ordinis hominem inueneris, cuius felicitatem fortunae Metelli
compares. nam praeter excellentis triumphos honoresque
amplissimos et principale in re publica fastigium extentum-
que uitae spatium et acris innocentisque pro re publica cum
inimicis contentiones quattuor filios sustulit, omnis adultae
aetatis uidit, omnis reliquit superstites et honoratissimos.
mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quattuor filii, 7
unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul,
quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est.
hoc est nimirum magis feliciter de uita migrare quam mori.

Vniuersa deinde, ut praediximus, instincta in bellum **12**
Achaia, cuius pars magna, eiusdem Metelli Macedonici
uirtute armisque fracta erat, maxime Corinthiis in arma
cum grauibus etiam in Romanos contumeliis instigantibus.
destinatus ei bello gerendo consul Mummius. et sub idem 2
tempus, magis quia uolebant Romani, quidquid de Cartha-
giniensibus diceretur, credere, quam quia credenda adfere-
bantur, statuit senatus Carthaginem exscindere. ita eodem 3
tempore P. Scipio Aemilianus, uir auitis P. Africani pater-
nisque L. Pauli uirtutibus simillimus, omnibus belli ac
togae dotibus ingenique ac studiorum eminentissimus
saeculi sui, qui nihil in uita nisi laudandum aut fecit aut
dixit ac sensit, quem Paulo genitum, adoptatum a Scipione
Africani filio diximus, aedilitatem petens consul creatus est.

2 ~~ordinem~~ ordinis *A* 4 extenuatumque *AP*: extentum *Gelenius*: extentatum *Laurent* 6 quattuor *A*: quatuor *P* omnes . . . omnes *AP* (*non* omnis) 8 quatuor *AP*: fili unus ~~as~~ consularis (*sic*) *A* filii *AP* 11 hoc est *super uersum A* immigrare *A*: migrare *P*: emigrare *Kreyssig et Lion* 12 '*uerba* ut praediximus *transponenda sunt post* pars magna. *De uniuersa Achaia in bellum instincta nihil adhuc Velleius dixerat*' *Maduig* 13 cuius pars . . . fracta *Aldus*: cum pars . . . tracta *AP*: *fort.* cum eius 14 Corinthis *A* 16 L. *add. Stanger* 17 Carthaginiensibus *B*: Carthaginensibus *AP* 18 diceretur *AB*: dicebatur *P* 'ba *ab alio quopiam additum uidetur, nam non est chirographum scribae ueteris exemp.*' *Burer* 19 excidere *AP*: exscindere *Halm* 21 similimus *A* belli ~~acto~~ ac togae dotibus ingeniq. (*sic*) *A*

4 bellum Carthagini iam ante biennium a prioribus consulibus
inlatum maiore ui intulit (cum ante in Hispania murali
corona, in Africa obsidionali donatus esset, in Hispania
uero etiam ex prouocatione, ipse modicus uirium, inmanis
5 magnitudinis hostem interemisset) eamque urbem magis
inuidia imperi quam ullius eius temporis noxiae inuisam
Romano nomini funditus sustulit fecitque suae uirtutis
monimentum, quod fuerat aui eius clementiae. Carthago
diruta est, cum stetisset annis † DCLXVI, abhinc annos
6 † CLXXVII Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio consulibus.
hunc finem habuit Romani imperi Carthago aemula, cum
qua bellare maiores nostri coepere Claudio et Fuluio con-
sulibus ante annos † CCXCVI, quam tu, M. Vinici, consulatum
inires. ita per annos † CXV aut bellum inter eos populos
7 aut belli praeparatio aut infida pax fuit. neque se Roma
iam terrarum orbi superato securam sperauit fore, si moni-
mentum usquam stantis maneret Carthaginis: adeo odium
certaminibus ortum ultra metum durat et ne in uictis quidem
deponitur neque ante inuisum esse desinit quam esse desiit.
13 Ante triennium quam Carthago deleretur, M. Cato, per-
petuus diruendae eius auctor, L. Censorino M'. Manilio
consulibus mortem obiit. eodem anno, quo Carthago con-
cidit, †A. Mummius Corinthum post annos DCCCCLII, quam
2 ab Alete Hippotis filio erat condita, funditus eruit. uter-
que imperator deuictae a se gentis nomine honoratus, alter
Africanus, alter appellatus est Achaicus; nec quisquam ex

1 is bellum *Ruhnken* 4 īmanis *A*: imm. *P* 6 *et* 11 imperii *AP* 8 monim. *AB*: monum. *P* 9 DCLXVI *A*: DCLXVII *P*: DCLXXII *Iani* 10 CLXXVII *B*: CCLXXVII *AP*: CLXXIII *Kritz* 13 CCXCVI *AP*: CCXCII *Laurent* quam tum *in* quam tu *mutatum A* 14 CXV *AP*: CXX *Iani* 15 infida ~~fam~~ pax (*sic*) *A* 16 orbi *A*: orbe *P* monimentum *Baiter*: mo[nitu] (*sic*) *A*: nomen *P* 17 ~~quam~~ *suprascr.* usquam *A* 19 neque ante aemulus inuisus *Nowák* 21 M'. Manilio *Aldus*: M. Manlio *AP* 23 A mummius *A*: a Mummius *B*: A. Mummius *P*: L. Mummius *Rhenanus* 24 ab elete (*sic*) *A*: a Belete *P* Hipponis *AP*, *em. Gelenius* seruit *A* 25 deuictae eas egentis *A* 26 apellatus *A et sic fere semper*

nouis hominibus prior Mummio cognomen uirtute partum
uindicauit. diuersi imperatoribus mores, diuersa fuere 3
studia: quippe Scipio tam elegans liberalium studiorum
omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium
Panaetiumque, praecellentis ingenio uiros, domi militiae-
que secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione
elegantius interualla negotiorum otio dispunxit semperque
aut belli aut pacis seruiit artibus: semper inter arma ac
studia uersatus aut corpus periculis aut animum disciplinis
exercuit. Mummius tam rudis fuit, ut capta Corintho cum 4
maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas
in Italiam portandas locaret, iuberet praedici conducentibus,
si eas perdidissent, nouas eos reddituros. non tamen puto 5
dubites, Vinici, quin magis pro re publica fuerit manere
adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea
intellegi, et quin hac prudentia illa inprudentia decori
publico fuerit conuenientior.

Cum facilius cuiusque rei in unum contracta species **14**
quam diuisa temporibus oculis animisque inhaereat, statui
priorem huius uoluminis posterioremque partem non inutili
rerum notitia in artum contracta distinguere atque huic loco
inserere, quae quoque tempore post Romam a Gallis
captam deducta sit colonia iussu senatus; nam militarium
et causae et auctores et ipsarum praefulgent nomina. huic
rei per idem tempus ciuitatis propagatas auctumque
Romanum nomen communione iuris haud intempestiue
subtexturi uidemur. post septem annos quam Galli urbem 2
ceperant, Sutrium deducta colonia est et post annum

1 par tum *A*: *num* paratum? 2 diuersis *A*: diuersi *P*: *fort.* diuersus imp. mos et d. f. studia 4 administrator (admirator *supra*) *A* 5 praecellentis *A*: -teis *P* 8 & (ac *supra*) *A* 11 tab. *A* 16 intelligi *AP* imp. *AP* 21 in artum *AP* 23 iussus *A* 24 causa *AP* '*ex uet. sic habuisse uidetur*, causæ, *apiculo illo quo fit diphthongus abraso*' *Burer* et ipsarum ... nomina *AP*: ex ipsarum ... nomine *Burmann* 25 ciuitates *AP*: ciuitatem propagatam *Lipsius* 28 ceperunt *P*: cœperunt *A*, *em. Maduig* Sutrium] Satricum *Sigonius et Vrsinus*

Setia nouemque interiectis annis Nepe, deinde interpositis
3 duobus et triginta Aricini †et in ciuitatem recepti. abhinc
annos autem † CCCL Sp. Postumio Veturio Caluino consulibus
Campanis data est ciuitas partique Samnitium sine suffragio,
et eodem anno Cales deducta colonia. interiecto deinde
triennio Fundani et Formiani in ciuitatem recepti, eo ipso
4 anno, quo Alexandria condita est. insequentibusque con-
sulibus a Sp. Postumio Philone Publilio censoribus Acer-
ranis data ciuitas. et post triennium Tarracinam deducta
colonia interpositoque quadriennio Luceria ac deinde inter-
iecto triennio Suessa Aurunca et Saticula, Interamnaque post
5 biennium. decem deinde hoc munere anni uacauerunt:
tunc Sora atque Alba deductae coloniae et Carseoli post
6 biennium. at quintum Fabio Quinto, Decio Mure quartum
consulibus, quo anno Pyrrhus regnare coepit, Sinuessam
Minturnasque missi coloni, post quadriennium Venusiam;
interiectoque biennio M'. Curio et Rufino Cornelio con-
sulibus Sabinis sine suffragio data ciuitas: id actum ante
7 annos ferme CCCXX. at Cosa et Paestum abhinc annos
ferme trecentos Fabio Dorsone et Claudio Canina consuli-
bus. interiecto quinquennio Sempronio Sopho et Appio
Caeci filio consulibus Ariminum *et* Beneuentum coloni
8 missi et suffragi ferendi ius Sabinis datum. at initio primi
belli Punici Firmum et Castrum colonis occupata, et post

1 ~~s&cina a~~ (setina) nouemque (*sic*) *A* : Setina *P* : Setia *Aldus* 2 Aricini et *A* *fort.* Aricinei : *excidisse nonnulla censebat Orelli ex Liu.* 8. 14 Aricini Nomentanique et Pedani eodem iure quo Lanuuini in ciuitatem recepti 3 CCCL *AP* : CCCLX *Laurent* 5 interiecta *A* 8 Asp. Postumio *A* : Publilio *Duker* : Publio *AP* 9 Tarracina *Lipsius* 12 ~~d&cim~~ ~~dein~~ (decem) *A* (*sic*) 13 tum *Nouák, h. e. post id tempus* 14 ad quintum Fabioque Decio Mure quarto cons (coss *PB*) *APB* : *Perizonium sequor* at Q. Fabio quintum, Decio Mure quartum consulibus *Orelli et Kritz* 15 Pyrrus *A* coepit in Suessam *A* 17 M. *AP* Rusino *AP* 19 CCCXX *BA* : CCCXXX *P* Cosa *BA* : Cossa *P* pæstuni (pæstum) *A* 22 et *add. Iani* 23 suffragii *AP* ~~iussa binis~~ (ius Sabinis) *A*

annum Aesernia postque † xxii annos Aefulum et Alsium
Fregenaeque † anno post biennium proximoque anno Tor-
quato Semproniaque consulibus Brundisium et post trien-
nium Spoletium, quo anno Floralium ludorum factum est
initium. postque biennium ducta Valentia et sub aduentum
in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia.

Deinde neque dum Hannibal in Italia moratur, neque 15
proximis post excessum eius annis uacauit Romanis colonias
condere, cum esset in bello conquirendus potius miles
quam dimittendus et post bellum uires refouendae magis
quam spargendae. Cn. autem Manlio Volsone et Fuluio 2
Nobiliore consulibus Bononia deducta colonia abhinc annos
ferme ccxvii, et post quadriennium Pisaurum ac Potentia.
interiectoque triennio Aquileia et Grauisca, et post quad-
riennium Luca. eodem temporum tractu, quamquam apud 3
quosdam ambigitur, Puteolos Salernumque et Buxentum
missi coloni, Auximum autem in Picenum abhinc annos
ferme † clxxxvii, ante triennium quam Cassius censor a
Lupercali in Palatium uersus theatrum facere instituit, cui
in demoliendo eximia ciuitatis seueritas et consul Scipio
restitere, quod ego inter clarissima publicae uoluntatis argu-
menta numerauerim. Cassio autem Longino et Sextio 4
Caluino, qui Sallues apud aquas, quae ab eo Sextiae appel-
lantur, deuicit, consulibus Fabrateria deducta est abhinc

1 xxii *AP*: xvii *Aldus* Aefulum *A et sic Huebner in Hermae* i. 426: Aesulum *P* ~~alisium~~ Alsium *A* (*sic*) 2 Fregellaeque *AP*, *em. Sigonius* anno post biennium *AP*: anno *om. Gelenius*: *sed* biennium *fortasse delendum erat* 4 factum *ex* factus *A* 5 deducta *Gelenius* 7 Italiã *A* 8 ~~armis~~ annis *A* uocauit *A*, *ut mihi uisum est* 11 *Gelenius ante* Fuluio *add.* M. *deleto* et 14 Aquileia *B*: Aquilia *P*: Aquileia *A* (Aqlia) Granista *A* 15 quanquam *P*: quam *A* aput *prius A* 16 Falernumque *AP corr. Gelenius ex Liu.* 34. 45. 1 17 in Piceno *Bothe* 18 clxxxvii *AP*: clxxxv *Burmann* censoria *A*, *sed* i *nigriore atramento, ut prius* censor a *fuerit* 20 in eo moliendo *Salmasius et Riguez* Cepio *AP*, *em. Aldus* 22 Sexto *Vrsinus* 23 Sallues *AB*: Sallyes *P*

annos ferme †CLVII. et post annum Scolacium Mineruium, Tarentum Neptunia, Carthagoque in Africa prima, ut 5 praediximus, extra Italiam colonia condita est. de Dertona ambigitur, Narbo autem Martius in Gallia Porcio Marcioque consulibus abhinc annos circiter †CLIII deducta colonia est. post †XXIII annos in Bagiennis Eporedia Mario sextum Valerioque Flacco consulibus. neque facile memoriae mandauerim, quae nisi militaris post hoc tempus deducta sit.

16 Cum haec particula operis uelut formam propositi excesserit, quamquam intellego mihi in hac tam praecipiti festinatione, quae me rotae proniue gurgitis ac uerticis modo nusquam patitur consistere, paene magis necessaria praetereunda quam superuacua amplectenda, nequeo tamen temperare mihi, quin rem saepe agitatam animo meo neque 2 ad liquidum ratione perductam signem stilo. quis enim abunde mirari potest, quod eminentissima cuiusque professionis ingenia in eandem formam et in idem artati temporis congruere spatium, et quemadmodum clausa capso alioue saepto diuersi generis animalia nihilo minus separata alienis in unum quodque corpus congregantur, ita cuiusque clari operis capacia ingenia in similitudinem et temporum et 3 profectuum semet ipsa ab aliis separauerunt. una neque multorum annorum spatio diuisa aetas per diuini spiritus

1 CLVII *AP* : CLII *Lipsius* : CLIII *Krause* Scolatium, Mineruium, Tarentum, Neptunia *P et A*, *nisi quod super* mineruium *scriptum habet* minerium ; *has duas esse* (*non* IV) *colonias docuit Mommsen Ber. der sächs. G. d. W. philol.* 1849 2 Carthago, quae *Salm. et Voss* 3 extra aliam *A* dertona *ex* rertona *corr. A* 4 Portio Marcoque *AP* 5 CLIII *AP* : CXLVI *Lipsius* 6 XXIII *AP* : XVIII *Aldus* Bagienni seporedi *BA* : Baciennis Eporedia *P* Mario~~s~~ *A* : sextum *Cludius* : sexiens (-es) *ABP* 7 facili *A* 9 normam *Halm* 10 intelligo *P* in *om. A* 13 superuacua *P et ut mihi uisum est A* : superuania *A*, *ut Fechtero*, superuanea *ut Orellio uisum* : superuacanea *Orelli* 17 in eam *P* : ineam *A sed* in eam *marg.* : in eandem *Rhenanus* 18 congruēre *Heinsius* : congruens *AP* : congruerunt *alii* clauso *A* capso *BA* : capsa *P* alioue *Lipsius* : alioque *AP* 19 septo *P* [ab] alienis *Heinsius* 20 quodque *Heinsius* : quoque *AP* : quaeque *Lipsius* 21 similitudine *Ruhnken* 22 profectum *A*

uiros, Aeschylum Sophoclen Euripiden, inlustrauit tragoe-
diam; una priscam illam et ueterem sub Cratino Aristopha-
neque et Eupolide comoediam; ac nouam [comicam]
Menander aequalesque eius aetatis magis quam operis
Philemo ac Diphilus et inuenere intra paucissimos annos
neque imitandam reliquere. philosophorum quoque ingenia 4
Socratico ore defluentia omnium, quos paulo ante enume-
rauimus, quanto post Platonis Aristotelisque mortem floruere
spatio? quid ante Isocraten, quid post eius auditores 5
eorumque discipulos, clarum in oratoribus fuit? adeo *id*
quidem artatum angustiis temporum, ut nemo memoria
dignus alter ab altero uideri nequiuerit.

Neque hoc in Graecis quam in Romanis euenit magis. **17**
nam nisi aspera ac rudia repetas et inuenti laudanda nomine,
in Accio circaque eum Romana tragoedia est; dulcesque
Latini leporis facetiae per Caecilium Terentiumque et
Afranium suppari aetate nituerunt. historicos etiam, ut 2
Liuium quoque priorum aetati adstruas, praeter Cato-
nem et quosdam ueteres et obscuros minus LXXX annis
circumdatum aeuum tulit, ut nec poetarum in antiquius
citeriusue processit ubertas. at oratio ac uis forensis per- 3
fectumque prosae eloquentiae decus, ut idem separetur
Cato (pace P. Crassi Scipionisque et Laeli et Gracchorum

1 Sophoclen Euripiden *A* : -clem -dem *P*   tragoedias *AP*, *em. Burmann*   2 unā *A*   Aristophaneque et *Orelli*: Aristophaneque *A* : Aristophane et *P*   3 Eupolideque *Gudeman*, *fort.* atque Eupolide   at *Aldus*   comicam *AP*, *quod uindicauit Thomas num* n. uiam com.?: comoediam *Gruner*   4 Menander *A* : Menandrus *P*   non *add. Maduig post* eius, *post* aetatis *Haase*   5 Philemo *A* : Philemon *P*   6 imitanda *AP*, *em. Acid.*   relinquere *A*   7 paulo ante] '*in parte operis deperdita*' *Iani*   8 quarto *A*   fluruere *A*   9 Isocratem *AP*   10 id *add. Haase*: adeo quidem *AP*   12 ~~ab~~ alter ab altero *A* (*sic*)   nequiuerit *Aldus* : nequiuerint *AP*   15 circaque eorum *AP*, *sed Burer* '*legitur alias* circaque quorum': circaque eum *coni. Burer*: *fort.* circaque eum priorum   17 suppari aet. *Acidalius*: sub paritate *A* : sub pari aetate *P*   et ut *AP*: '*alias* ut &' *Burer*: etiam ut *Voss*   18 astruas *P*   20 nec *P*: ne *A*   23 Lelii *A* : Laelii *P*

et Fanni et Serui Galbae dixerim) ita uniuersa sub principe
operis sui erupit Tullio, ut delectari ante eum paucissimis,
mirari uero neminem possis nisi aut ab illo uisum aut qui
4 illum uiderit. hoc idem euenisse grammaticis, plastis, pic-
toribus, scalptoribusque, ut quisque temporum instititerit
notis, reperiet, eminentiam cuiusque operis artissimis tem-
5 porum claustris circumdatam. huius ergo recedentisque in
saeculum ingeniorum similitudinis congregantisque se et in
studium par et in emolumentum causas cum saepe requiro,
numquam reperio quas esse ueras confidam, sed fortasse
ueri similis, inter quas has maxime. aluntur aemulatione
ingenia, et nunc inuidia, nunc admiratio imitationem accen-
6 dit, naturaque quod summo studio petitum est, adscendit in
summum, difficilisque in perfecto mora est, naturaliterque
7 quod procedere non potest, recedit. et ut primo ad conse-
quendos quos priores ducimus accendimur, ita ubi aut
praeteriri aut aequari eos posse desperauimus, studium cum
spe senescit, et quod adsequi non potest, sequi desinit et
uelut occupatam relinquens materiam quaerit nouam, prae-
teritoque eo, in quo eminere non possumus, aliquid, in quo

1 Fannii *BA* : Fauni *P* 5 scalptoribusq. uis quisq. *BA* : scalptoribus quisquis *P* : s. ut quisque *Burer* 6 reperiet eminentia *BA* : reperiet et eminentiam *P* 7 circumdatam *PAB* eminentia . . . circumdata *Ruhnken* recedentisque in saeculum i. similitudinis congregantisque se *Thomas* : ~~re&cedentis inq. saeculorum~~ (f recentisq. *suprascr.*) (*sic*) saeculum ingeniorum similitudines congregantesque se *A* : recedentis mq. seculū i. similitudines congregantesque se *B* : h. e. praecedentisque seculi i. similitudines congregantis et in s. p. et i. e. *P* : r. in suum quodque s. *Maduig* (quodque *iam Sauppe*) : r. in unum quasi saeculum *Perizonius* 9 memolumentum *B* saepe *Maduig* : semper *AP* 11 similes *AP* alita aemulatione *del.*, *suprascript.* alit aemul° *A* : alit aemulatio *P* : aluntur aemulatione *scripsi*, *cf.* ii. 82. 4 12 inuidia et nunc *A* incitationem *AP*, *em. Acidalius* 13 matureque *idem* asc. *AP* 14 ~~naturali. terque~~ *suprascript.* naturaliterq. *A* 15 consenquendos *A* 16 quo priores ducimur *A* 18 ~~se necit&~~ *suprascr.* senescit *A* adsequi quis *Scriner* ~~desinit&~~ *suprascr.* desinit et *A* 20 aliquit *A* : aliud *Perizonius*

nitamur, conquirimus, sequiturque ut frequens ac mobilis transitus maximum perfecti operis impedimentum sit.

Transit admiratio ab condicione temporum et ad urbium. 18
una urbs Attica pluribus omnis eloquentiae quam uniuersa
Graecia operibus usque floruit adeo ut corpora gentis illius
separata sint in alias ciuitatis, ingenia uero solis Athenien-
sium muris clausa existimes. neque hoc ego magis miratus 2
sim quam neminem Argiuum Thebanum Lacedaemonium
oratorem aut dum uixit auctoritate aut post mortem memoria
dignum existimatum. quae urbes et in imitamina talium 3
studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari
inluminaret: nam Alcmana Lacones falso sibi uindicant.

1 in quod enitamur *Heinsius* 3 ad conditionem *AP*, *em. Schegk* 4 omnis *Froelich*, *quod probauit Haupt*, *Herm.* viii. 177: annis *AP* 5 operibus usque *Popma*: operibusque *AP quod retinebat Haupt*: operibus floruit usque adeo *iam Acidalius*: pluribus luminibus omnis e. q. u. G. operibusque fl. *Boot* 6 in alias alia *Haupt* ciuitates *AP* 7 hoc ego *A*: ego hoc *P* 8 ~~sum~~ sim *A* (*sic*) theuanum *A* 10 existimatumque *AB*: e. quae *P* et *om. P* in imitamina *scripsi*: in Italia *A*: initalia *B*: *om. P*: in alia *Sauppe*: eximiae alias *Fachse*, *probante Haupt*, *Herm.* viii. 177 *Italiae hic locus non erat* 11 nisi *BA*: ni *P* unum] v.nū. *A* (*sic*) 12 *post* uindicant *secuntur in A* VELLEI PATERCVLI AD M. VINITIVM LIBER PRIMVS EXPLICT *fol.* 5^a. *Dein fol.* 5^b, *cuius charta alioqui caret scriptura*, VELLEI PATERCVLI AD Q. VINICIVM LIBER SECVNDVS, *mox in fol.* 6^a INCIPIT LIBER SECVNDVS FELICITER *A*

LIBER SECVNDVS

1 Potentiae Romanorum prior Scipio uiam aperuerat,
luxuriae posterior aperuit: quippe remoto Carthaginis metu
sublataque imperi aemula non gradu, sed praecipiti cursu
a uirtute descitum, ad uitia transcursum; uetus disciplina
deserta, noua inducta; in somnum a uigiliis, ab armis ad
2 uoluptates, a negotiis in otium conuersa ciuitas. tum Scipio
Nasica in Capitolio porticus, tum, quas praediximus, Me-
tellus, tum in circo Cn. Octauius multo amoenissimam
moliti sunt, publicamque magnificentiam secuta priuata
3 luxuria est. triste deinde et contumeliosum bellum in
Hispania duce latronum Viriatho secutum est: quod ita
uaria fortuna gestum est, ut saepius Romanorum gereretur
aduersa. sed interempto Viriatho fraude magis quam uir-
4 tute Seruili Caepionis Numantinum grauius exarsit. haec
urbs numquam plura quam decem *milia* propriae iuuentutis
armauit, sed uel ferocia ingeni uel inscitia nostrorum ducum
uel fortunae indulgentia cum alios duces, tum Pompeium
magni nominis uirum ad turpissima deduxit foedera (hic
primus e Pompeis consul fuit), nec minus turpia ac detesta-
5 bilia Mancinum Hostilium consulem. sed Pompeium
gratia inpunitum habuit, Mancinum uerecundia (quippe
non recusando) perduxit huc, ut per fetialis nudus ac
postergum religatis manibus dederetur hostibus. quem illi

3 imperii *AP* 8 amenissimam *A* 14 Cœp. *AP* ~~Habet~~ Haec *A* 15 numquam x; plura quam propriae *A*: numquam x̄. plura *P*, *corr. Aldus* 16 ingenii *AP* inscitia *AP*: inscia *B*: inscientia *Moebius* 21 quippe non recusando *parenthesin fecit Thomas*, *interpolatum ratus est Novák*: quicquam noxae recusandi *Maduig probabiliter* 22 perduxit *P*: produxit *A* fœciales *ex* f&itiales *A* 23 postergum *A*

recipere se negauerunt, sicut quondam Caudini fecerant, dicentes publicam uiolationem fidei non debere unius lui sanguine.

Inmanem deditio Mancini ciuitatis mouit dissensionem. **2**
quippe Tiberius Gracchus, Tiberi Gracchi clarissimi atque eminentissimi uiri filius, P. Africani ex filia nepos, quo quaestore et auctore id foedus ictum erat, nunc grauiter 2
ferens aliquid a se factum infirmari, nunc similis uel iudici uel poenae metuens discrimen, tribunus pl. creatus, uir alioqui uita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique adornatus uirtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis condicio recipit, P. Mucio Scaevola L. Calpurnio consulibus abhinc annos CLXII desciuit a bonis, pollicitusque toti Italiae ciuitatem, 3
simul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus † factum concupiscentibus, summa imis miscuit et in praeruptum atque anceps periculum adduxit rem publicam, Octauioque collegae pro bono publico stanti imperium abrogauit, triumuiros agris diuidendis coloniisque deducendis creauit se socerumque suum, consularem Appium, et Gaium fratrem admodum iuuenem.

Tum P. Scipio Nasica, eius qui optimus uir a senatu 3
iudicatus erat, nepos, eius qui censor porticus in Capitolio fecerat, filius, pronepos autem Cn. Scipionis, celeberrimi uiri P. Africani patrui, is priuatusque et togatus, cum esset

1 fecerunt *AP*, *em. Heinsius* 5 Tib. *P*: Tempus *A*, *quod uidetur esse* Ti. Sempronius Graacchus (*sed post erasum* gracchu) Tibur Gracci *A* 6 ~~quoq;~~ quo *A* (*sic*) 9 intuens *A* 14 desciuit~~e~~[a] *A* (*sic*) 15 factum *A*: statum *P*: statim *Gelenius*: *fort.* certiorem statum *Sententiam Boecler explicauit ex Cic. Sest.* 48. 103 Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat: grata erat populo: fortunae constitui tenuiorum uidebantur, *et Vell.* ii. 72. 5 nullum habentibus statum quilibet dux erat idoneus 17 adque *A* 18 publicos tanti *A* abr. *P*: adrogauit *BA* ~~triumphet~~ (e *incerta*) triumuiro. sanis *A* (*sic*) 19 colonisque *Lipsius* 20 et Gracchum (Grachum *A*) fratrem *AP*, *corr. Halm* 24 fe(oe *A*)cerat *AP*: uouerat *Bentley* 25 patruus *AP*: patrui is *Aldus*, *cf.* ii. 4. 1

consobrinus Ti. Gracchi, patriam cognationi praeferens et quidquid publice salutare non esset, priuatim alienum existimans (ob eas uirtutes primus omnium absens pontifex maximus factus est), circumdata laeuo brachio togae lacinia ex superiore parte Capitoli summis gradibus insistens hortatus est, qui saluam uellent rem publicam, se sequeren-
2 tur. tum optimates, senatus atque equestris ordinis pars melior et maior, et intacta perniciosis consiliis plebs inruere in Gracchum stantem in area cum cateruis suis et concientem paene totius Italiae frequentiam. is fugiens decurrensque cliuo Capitolino, fragmine subselli ictus uitam, quam gloriosissime degere potuerat, inmatura morte finiuit.
3 hoc initium in urbe Roma ciuilis sanguinis gladiorumque inpunitatis fuit. inde ius ui obrutum potentiorque habitus prior, discordiaeque ciuium antea condicionibus sanari solitae ferro diiudicatae bellaque non causis inita, sed prout
4 eorum merces fuit. quod haud mirum est: non enim ibi consistunt exempla, unde coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem latissime euagandi sibi uiam faciunt, et ubi semel recto deerratum est, in praeceps peruenitur, nec quisquam sibi putat turpe, quod alii fuit fructuosum.

4 Interim, dum haec in Italia geruntur, Aristonicus, [qui] mortuo rege Attalo, a quo Asia populo Romano hereditate relicta erat, sicut relicta postea est a Nicomede Bithynia, mentitus regiae stirpis originem armis eam occupauerat,

1 Ti.] T. *AP* 2 quidquit *A* priuatum *A* 4 circumdata *Aldus*: cum data *AP* 5 superiori *P*: -ore *BA* Capitolii *AP* 6 sese querentur (se *above*) *A* (*sic*) 7 optima res (tes *above*) *A* (*sic*) atque equestris *P*: atque equestris (et *above*) *A*: atque etiam eq. *Laurent* 8 pernitiosis *A* 9 Grachum *A* 11 subsellii *AP* 12 imm. *AP* 14 imp. *AP* 15 ante a *P* 17 haut *A* 19 euagandis sibi *A* 21 sibi *om. P, sed fuisse in Murbacensi testatur Burer* 23 qui *AP, del. Gelenius, retinebat Bentley et post eum Kritz et Halm tamquam neglegentius scriptum* 24 hereditati *AP, em. Aldus* 26 occuparat *Bentley*

is uictus a M. Perpenna ductusque in triumpho, sed a
M'. Aquilio, capite poenas dedit, cum initio belli Crassum
Mucianum, uirum iuris scientissimum, decedentem ex Asia
proconsulem interemisset. et P. Scipio Africanus Aemilia- 2
nus, qui Carthaginem deleuerat, post tot acceptas circa
Numantiam cladis creatus iterum consul missusque in
Hispaniam fortunae uirtutique expertae in Africa respondit
in Hispania, et intra annum ac tris mensis, quam eo
uenerat, circumdatam operibus Numantiam excisamque
aequauit solo. nec quisquam ullius gentis hominum ante 3
eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuae com-
mendauit memoriae: quippe excisa Carthagine ac Numantia
ab alterius nos metu, alterius uindicauit contumeliis. hic, 4
eum interrogante tribuno Carbone, quid de Ti. Gracchi
caede sentiret, respondit, si is occupandae rei publicae
animum habuisset, iure caesum. et cum omnis contio
acclamasset, hostium, inquit, armatorum totiens clamore
non territus, qui possum uestro moueri, quorum nouerca
est Italia? reuersus in urbem intra breue tempus, M'. 5
Aquilio C. Sempronio consulibus abhinc annos † CL, post
duos consulatus duosque triumphos et bis excisos terrores
rei publicae mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut
quaedam elisarum faucium in ceruice reperirentur notae.
de tanti uiri morte nulla habita est quaestio eiusque corpus 6
uelato capite elatum est, cuius opera super totum terrarum
orbem Roma extulerat caput. seu fatalem, ut plures, seu
conflatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriae, mortem
obiit, uitam certe dignissimam egit, quae nullius ad id
temporis praeterquam auito fulgore uinceretur. decessit

1 Perperna *Burmann* set a *A* : sed *P*: sed sub *Bentley* 2 M'. *Aldus* : M. *AP* 3 alia *suprascr.* italia *A* 4 at *Voss* 6 clades *AP* 8 $\overset{ac}{\&}$ tris (*prius* tres) *A* (*sic*) menses *AP* 11 clariore *Burer*: clariori *AP*: *sed ut in A prius scriptum fuerit* clariorum, *quod mihi praeferendum uidetur* 13 hic cum *A* 14 Tib *A* : T. *P* 17 adcl. *AP* 19 M. *AP* 20 COS. *A* CL *AP*: CLX *Laurent*: CLVII *Kritz* 21 bis *P*: his *A*

anno ferme LVI: de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est anno † XXXVI: ita dubitare desinet.

5 Ante tempus excisae Numantiae praeclara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus ingenti ui hominum urbiumque potitus numero,
2 aditis quae uix audita erant, Gallaeci cognomen meruit. et ante eum paucis annis tam seuerum † illius Q. Macedonici [in his] gentibus imperium fuit, ut, cum urbem Contrebiam nomine in Hispania oppugnaret, pulsas praecipiti loco quinque cohortis legionarias eodem protinus subire iuberet:
3 facientibusque omnibus in procinctu testamenta, uelut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito † perseuerantia ducis, quem moriturum miserat militem uictorem recepit: tantum effecit mixtus timori pudor spesque desperatione quaesita. hic uirtute ac seueritate facti, at Fabius Aemilianus Pauli exemplo disciplinae in Hispania fuit clarissimus.

6 Decem deinde interpositis annis, qui Ti. Gracchum, idem Gaium fratrem eius occupauit furor, tam uirtutibus eius omnibus quam huic errori similem, ingenio etiam eloquen-
2 tiaque longe praestantiorem. qui cum summa quiete animi ciuitatis princeps esse posset, uel uindicandae fraternae mortis gratia uel praemuniendae regalis potentiae eiusdem

1 LXVI *marg. A* 2 creatus] euectus *Krause* annos *A*: annos natus *Orelli* XXXVI. *AP*: XXXVIII *Puteanus et Kritz* 5 D. *Aldus*: A. *AP* 6 ui] ibi *Kreyssig* numero *suspectum Lipsio* 7 Galleci *AP* $^{\text{cog}}$nomen *A* 8 illius *suspectum* Q. *P*: q̄ *A* 9 in his *om. A* 10 in Hispania *del. Heinsius* obpugnaret *in* opp. *an* opp. *in* obp. *correctum fuerit in A non dispexi* 11 cohortes *A et sic* 20. 4 12 uelud *A* 13 deterritū *pr. A*: deterrita *Burmann et Alsters*: deterrita a *G. A. Koch* 14 pers. ducis *AP*, *tamquam glossema eiciebat Dauies, post* tantum effecit *transponebat Kritz, post* foret *Thomas. Mihi uidentur quaedam excidisse, uelut* p. usus summi ducis 15 r&epit *A* pudori timor *A* 17 disciplina *Puteanus* 19 T. *AP* 20 Gaium] C. *AP* 24 uel uel praemunidae *A* prouintię *A*

exempli tribunatum ingressus, longe maiora et acriora re-
petens dabat ciuitatem omnibus Italicis, extendebat eam
paene usque Alpis, diuidebat agros, uetabat quemquam 3
ciuem plus quingentis iugeribus habere, quod aliquando
lege Licinia cautum erat, noua constituebat portoria, nouis
coloniis replebat prouincias, iudicia a senatu transferebat ad
equites, frumentum plebi dari instituerat; nihil inmotum,
nihil tranquillum, nihil quietum, *nihil* denique in eodem
statu relinquebat; quin alterum etiam continuauit tribuna-
tum. Hunc L. Opimius consul, qui praetor Fregellas 4
exciderat, persecutus armis unaque Fuluium Flaccum, con-
sularem ac triumphalem uirum, aeque praua cupientem,
quem C. Gracchus in locum Tiberi fratris triumuirum
nominauerat, eundem socium regalis adsumpserat potentiae,
morte adfecit. id unum nefarie ab Opimio proditum, quod 5
capitis non dicam Gracchi, sed ciuis Romani pretium se
daturum idque auro repensurum proposuit. Flaccus in 6
Auentino armatos ad pugnam ciens cum filio maiore iugu-
latus est; Gracchus profugiens, cum iam comprehenderetur
ab iis, quos Opimius miserat, ceruicem Euporo seruo
praebuit, qui non segnius se ipse interemit, quam domino
succurrerat. quo die singularis Pomponi equitis Romani in
Gracchum fides fuit, qui more Coclitis sustentatis in ponte
hostibus eius, gladio se transfixit. ut Ti. Gracchi antea corpus, 7
ita Gai mira crudelitate uictorum in Tiberim deiectum est.

1 repetens *AP*: petens *Ruhnken* 3 usque [ad] *Novák* 6 prouintias *A* 7 æq. *A* dare *Aldus, sed uide Wölfflin ad b. Afric.* 51. 2 instituebat *Herel* imm. *AP* 8 nihil (*ante* denique) *add. Haase praecedente Orellio*: nihil quietum denique et in eodem st. relinquebat *Boot*: *fort.* neque in e. statu 10 COS. qui P. R. *A et in marg.* PRAET 11 persequutus *P* 13 tiberi *A*: Tiberii *P* 14 eum *AP*: eumque *Gelenius*: eoque *Heinsius et Bentley*: *scripsi* eundem 15 adficit *AP*, *em. Herel* 16 prætium sedaturum *A* 17 auro~~re~~ (re *suprascr.*) pensurum *A* (*sic*) 18 armatos *Gelenius*: armatus *AP*: ad *AP*: armatus ac p. ciens *Kritz* 22 equitis · R · *A* 24 eius *del. Heinsius* se [ipse] *Novák* tibi *del., dein suprascr.* Tib. *A* 25 gaimira *suprascr.* Gai mira *A*: Gaii mira *P*

7 Hunc Ti. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes,
uiua adhuc matre Cornelia, Africani filia, uiri optimis
ingeniis male usi, uitae mortisque habuere exitum: qui si
ciuilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumul-
tuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset res publica.
2 huic atrocitati adiectum scelus unicum. quippe iuuenis
specie excellens necdum duodeuicesimum transgressus an-
num inmunisque delictorum paternorum, Fului Flacci
filius, quem pater legatum de condicionibus miserat, ab
Opimio interemptus est. quem cum haruspex Tuscus ami-
cus flentem in uincula duci uidisset, quin tu hoc potius,
inquit, facis? protinusque inliso capite in postem lapideum
3 ianuae carceris effusoque cerebro exspirauit. crudelesque
mox quaestiones in amicos clientisque Gracchorum habitae
sunt. sed Opimium, uirum alioqui sanctum et grauem,
damnatum postea iudicio publico memoria istius saeuitiae
4 nulla ciuilis prosecuta est misericordia. eadem Rupilium
Popiliumque, qui consules asperrime in Tiberi Gracchi
amicos saeuierant, postea iudiciorum publicorum merito
oppressit inuidia. rei tantae parum ad notitiam pertinens
5 interponetur. hic est Opimius, a quo consule celeberri-
mum Opimiani uini nomen; quod iam nullum esse
spatio annorum colligi potest, cum ab eo sint ad te,
6 M. Vinici, consulem anni † CLI. factum Opimi, quo
inimicitiarum quaesita erat ultio, minor secuta auctoritas,

1 Ti.] C. *AP* P. Scip. Africani *A* (*sic*) 2 Africani filia *uncis includebat Bentley secutus Heinsium* 4 dignitates *A* quidquid *A*: quicquid *P* 8 īmunisq. *A* imm. *P* 12 postem *Aldus*: pontem *AP* 13 exp. *P* crudelisque *A*, crudelis aeque *Heinsius prob. Bentley* 14 clientesque *AP* 15 alioquin *A*, *sed* ii. 2. 2 *et* 33. 4 alioqui sane tum *suprascr.* sanctum *A* 16 istius *Cludius*: ipsius *AP* seuetiae *A* 17 persecuta *AP*, *em. Cludius* Rutilium *AP*, *em. Aldus* 18 Tiberii *P* 20 id *post* parum *add. Bentley* 21 interponatur *Heinsius et Bentley* 22 uini *marg. A*: uicini *A*: uici *P* 23 sint *BA*: *om. P* 24 CLI *AP*: CL *Aldus*: CLII *Laurent* Opimi *AP* quod *AP*: quo *Heinsius et Bentley*

et uisa ultio priuato odio magis quam publicae uindictae data.

Subinde Porcio Marcioque consulibus deducta colonia Narbo Martius.

Mandetur deinde memoriae seueritas iudiciorum. quippe 8
C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis filius,
repetundarum ex Macedonia damnatus est, cum lis eius
HS. quattuor milibus aestimaretur: adeo illi uiri magis
uoluntatem peccandi intuebantur quam modum, factaque
ad consilium dirigebant et quid, non in quantum admissum
foret, aestimabant. circa eadem tempora M. *C.* Metelli 2
fratres uno die triumphauerunt. non minus clarum ex-
emplum et adhuc unicum Fului Flacci, eius qui Capuam
ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio
consulatus fuit; adoptiuus in Acidini Manli familiam datus.
nam censura Metellorum patruelium, non germanorum
fratrum fuit, quod solis contigerat Scipionibus. tum Cimbri 3
et Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris suisque
cladibus nobiles. per eadem tempora clarus eius Minuci,
qui porticus, quae hodieque celebres sunt, molitus est, ex
Scordiscis triumphus fuit.

Eodem tractu temporum nituerunt oratores Scipio Aemi- 9
lianus Laeliusque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius,
Carbo Papirius; nec praetereundus Metellus Numidicus

1 ultio *del. Bentley et Wopkens. Hic tamen lectionem traditam tuitus est Tull. Lect.* § 148 3 Portio *AP* Martioque *P* 5 memoria esae ueritas *A prius* 6 COS (COS *P*) Cato consularis *AP*: *em. Aldus* 7 lis eius (li seius *prius A*) iiii aestim. *AP*: lis ei HS iiii aest. *Scaliger et Salmasius*: l. eius sestertium quattuor milibus *Kritz et Halm* 11 M. C. *Voss.*: M. *AP*: duo *Aldus* 14 coeperat *A* 15 consulatus *Krause*: COS *A*: COS *P* macedeani *corr. in* macidoani, *dein hoc eraso suprascr.* macidiani *A ut uisus sum legere*: in Acidiani *P*: in Acidini *Sigonius et Aldus* filiam *A* 16 censura *Gelenius*: census *AP* 18 transcedere *A* 19 nobilis *A*: *immo* nobilem Minici *P*: Manici *A* 20 excordiscis *A* 22 tractu t. *AB*: temporum t. *P*

et Scaurus, et ante omnis L. Crassus et M. Antonius:
2 quorum aetati ingeniisque successere C. Caesar Strabo, P. Sulpicius; nam Q. Mucius iuris scientia quam proprio
3 eloquentiae nomine celebrior fuit. clara etiam per idem aeui spatium fuere ingenia in togatis Afrani, in tragoediis Pacuui atque Acci, usque in Graecorum [ingeniorum] comparationem euectis, magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum, adeo quidem, ut in illis limae, in hoc
4 paene plus uideatur fuisse sanguinis, celebre et Lucili nomen fuit, qui sub P. Africano Numantino bello eques militauerat. quo quidem tempore iuuenes adhuc Iugurtha ac Marius sub eodem Africano militantes in iisdem castris
5 didicere, quae postea in contrariis facerent. historiarum auctor iam tum Sisenna erat iuuenis, sed opus belli ciuilis Sullanique post aliquot annos ab eo seniore editum est.
6 uetustior Sisenna fuit Caelius, aequalis Sisennae Rutilius Claudiusque Quadrigarius et Valerius Antias. sane non ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus celebrem, uerbis rudem et nouitate inuenti a se operis commendabilem.

10 Prosequamur nota seueritatem censorum Cassi Longini Caepionisque, qui abhinc annos † CLVII Lepidum Aemilium augurem, quod sex milibus *HS.* aedis conduxisset, adesse iusserunt. at nunc si quis tanti habitet, uix ut senator

1 L. *BA* : *om. P* 3 nam Q. *Aldus* : namq. *AP* propriae *AP* : proprie *Lipsius* : proprio *Heinsius et Bentley* 5 trogoediis *A* 6 pacuuii *AP* adque acciusq. *A* ingeniorum *om. in textu, add. in marg. A* 7 euectis *B* : eius aetatis *P* :
eius
etatis *A* : euecti *Gelenius* : euecta *Heinsius* Enni *Heinsius post* locum, *Orelli post* magnumque *inserebat* 9 paenæ *suprascr.* e *A* *uulgo post* sanguinis *interpungunt. Maduig* facientis *ad* Lucili *primus referebat*, *quem sequor* 10 Publico *A* nūmantino *A* 11 iuuenis *AP*, *em. Burmann* 13 de dicere que *A* historiarum] Milesiarum *O. Iahn Herm.* ii. 234 14 tū iam tum *A* (*sic*) ciuilis] socialis *Ruhnken* 15 aliquod *A* 16 Coelius *A* aequales *Kreyssig* 18 sens. celerem *Warburton* 19 et] sed *Lipsius* 21 nota *Maduig* : notam *AP* Cassi *AP* 22 caepionisq. uof (*sic*) *A* CLVII *AP* : CLIII *Kritz* Aelium *AP*, *em. Aldus* 23 HS. *add. Krause* acdes *AP* 24 Ad *A*

agnoscitur: adeo natura a rectis in uitia, *a* uitiis in praua,
a prauis in praecipitia peruenitur. eodem tractu temporum 2
et Domiti ex Aruernis et Fabi ex Allobrogibus uictoria
fuit nobilis; Fabio Pauli nepoti ex uictoria cognomen
Allobrogico inditum. notetur Domitiae familiae peculiaris
quaedam et ut clarissima, ita artata numero felicitas.
VII ante hunc nobilissimae simplicitatis iuuenem, Cn.
Domitium, fuere, † singulis omnino parentibus geniti, sed
omnes ad consulatum sacerdotiaque, ad triumphantum
paene omnes peruenerunt insignia.

Bellum deinde Iugurthinum gestum est per Q. Metellum XI
nulli secundum saeculi sui. huius legatus fuit C. Marius,
quem praediximus, natus equestri loco, hirtus atque horridus
uitaque sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessi-
mus, inmodicus gloriae, insatiabilis, inpotens, semperque
inquietus. hic per publicanos aliosque in Africa negotiantis 2
criminatus Metelli lentitudinem, trahentis iam in tertium
annum bellum, et naturalem nobilitatis superbiam moran-
dique in imperiis cupiditatem effecit ut, cum commeatu
petito Romam uenisset, consul crearetur bellique paene
patrati a Metello, qui bis Iugurtham acie fuderat, summa
committeretur sibi. Metelli tamen et triumphus fuit claris-
simus et meritum *eius fidei* uirtutique cognomen Numidici

1 natura *A* : mature *P*, *cf.* i. 17. 6 *a add. P om. A* *Sterk sic transponebat* a rectis in praua, a prauis in uitia, a uitiis in p. p. 3 Domitii *AP* Fabiis *A* 4 Fauio *A* 5 no&ur (noetur) *A* filiā *A* peculiaris *suprascr.* pecularis *A* 6 arctata *A* fœl. *A* 7 VII *Aldus et Sigonius: cf. Suet. Ner.* 1 : uti *AP h. e.* VTI 8 singulis *AP*: singuli *Lips. et Madvig Aduers.* ii. 301 *not.*: Cn. Domitii fuere singuli omnes p. g. *Pluygers* 9 triumphantum *scripsi*: triumphantem *A*: triumphi autem *P* 11 per Q. *Ruhnken*: perque *P*: pq;que (*sic*) *A* 13 equestri *AP*: agresti *Voss*: equestri *cum Pluygersio retinui* 15 infatigabilis *Cludius* semque *A* 18 immorandique *Heinsius et Bentley* *iam Rhenanus in marg. P* 'alias immorandique' 21 in acie *A*, '*dicebatur et* acie fundere (uincere *etc.*) *et* in acie; *illud tamen est multo frequentius*' *Halm* 23 meritum et (*om. P*) uirtutique *AP*: m. eius fidei *Thomas*: uirtuti quoque *Heinsius*, *num* ex uirtutibus quoque?

3 inditum. ut paulo ante Domitiae familiae, ita Caeciliae
notanda claritudo est. quippe intra XII ferme annos huius
temporis consules fuere Metelli aut censores aut trium-
pharunt amplius duodeciens, ut appareat, quemadmodum
urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam,
nunc senescere, nunc interire.

12 At C. Marius L. Sullam iam tunc ut praecauentibus fatis
copulatum sibi quaestorem habuit et per eum missum ad
regem Bocchum Iugurtha rege abhinc annos ferme CXXXVIII
potitus est; designatusque iterum consul in urbem reuersus
secundi consulatus initio Kal. Ianuariis eum in triumpho
2 duxit. effusa, ut praediximus, inmanis uis Germanarum
gentium, quibus nomen Cimbris ac Teutonis erat, cum
Caepionem Manliumque consules et ante Carbonem Sila-
numque fudissent fugassentque in Galliis et exuissent
exercitu, Scaurumque Aurelium consularem et alios cele-
berrimi nominis uiros trucidassent, populus Romanus non
alium repellendis tantis hostibus magis idoneum impera-
torem quam Marium est ratus. tum multiplicati consulatus
3 eius. tertius in apparatu belli consumptus; quo anno Cn.
Domitius tribunus pl. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea
4 collegae sufficiebant, populus crearet. quarto trans Alpis
circa Aquas Sextias cum Teutonis conflixit, amplius CL
milia hostium priore ac postero die ab eo trucidati gensque
5 excisa Teutonum. quinto citra Alpis in campis, quibus
nomen erat Raudiis, ipse consul et proconsul Q. Lutatius
Catulus fortunatissimo decertauere proelio; caesa aut capta

1 Ceciliae *AP* 4 duodecies *Burmann*: XII. *A*: XII. *P* 9 CXXXIIII *Aldus* 10 ~~est~~ *post* reuersus *A* 12 Germanorum *AP*, *em. Ruhnken* 14 Silanumque *A*: Syllanumque *P* 15 Gallis *A* ex emissent *suprascr.* exuissent *A* 16 exercitus caurumque *A* consularem *Aldus*: COS. *AP* 18 repellendi stantis *A* 19 ~~mariu~~ marium *A* (*sic*) 20 ~~est~~ *post* consumptus *A* 22 conlegae *AP* 22 *et* 25 Alpis *A*: Alpeis *P* 23 CL *AP* 24 trucidati *Kritz*: trucidatis *AP*: trucidata *Ruhnken* 26 erat raudis est *A*: *fort.* Raudiis est COS et procosque *A* *sed* Q. *est in P*

amplius c *milia* hominum. hac uictoria uidetur meruisse
Marius, ne eius nati rem publicam paeniteret, ac mala bonis
repensasse. sextus consulatus ueluti praemium ei meri- 6
torum datus. non tamen huius consulatus fraudetur gloria,
quo Seruili Glauciae Saturninique Apulei furorem con-
tinuatis honoribus rem publicam lacerantium et gladiis quo-
que et caede comitia discutientium, consul armis compescuit
hominesque exitiabiles in Hostilia curia morte multauit.

Deinde interiectis paucis annis tribunatum iniit M. Liuius **13**
Drusus, uir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus,
meliore in omnia ingenio animoque quam fortuna usus.
qui cum senatui priscum restituere cuperet decus et iudicia 2
ab equitibus ad eum transferre ordinem (quippe eam pote-
statem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos
clarissimos atque innocentissimos uiros saeuissent, tum P.
Rutilium, uirum non saeculi sui, sed omnis aeui optimum,
interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu ciui-
tatis damnauerant), in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur,
senatum habuit aduersarium non intellegentem, si qua de
plebis commodis ab eo agerentur, ueluti inescandae in-
liciendaeque multitudinis causa fieri, ut minoribus perceptis
maiora permitteret. denique ea fortuna Drusi fuit, ut 3
malefacta collegarum quamuis optime ab ipso cogitatis
senatus probaret magis, et honorem, qui ab eo deferebatur,
sperneret, iniurias, quae ab aliis intendebantur, aequo animo
reciperet, et huius summae gloriae inuideret, illorum modi-
cam ferret.

1 c̄ *AP*: c̄c̄ *Puteanus et Lipsius* 2 mala bonis *Boecler*: bona malis *AP*: bonis mala *Cludius* 3 ~~prēmiorum~~ praemium (*sic*) *A* 5 Appulei *Kreyssig* 7 consularibus armis *Acidalius* cōpescuii *A* 8 exitiabiles *suprascr.* exitiales *A* multauit *A*: multauit *P* 19 intelligentem *AP* 20 inescande inliciendeque *A* 21 praeceptis *et* permitterent *Heinsius* (*et Bentley*): *fort.* remitteret 23 quamuis *A*: quam eius *P*: eius quam *Ruhnken*: quam quaeuis *Froehlich* cogitatis *scripsi*: cogitata *AP* 24 deferrebatur *A* 25 aliis *AP*: illis *Ruhnken* 26 modicam *AP*: inmodicam *Halm* 27 efferret *Alsters*

14 Tum conuersus Drusi animus, quando bene incepta male cedebant, ad dandam ciuitatem Italiae: quod cum moliens reuertisset e foro, inmensa illa et incondita, quae eum semper comitabatur, cinctus multitudine in area domus suae cultello percussus, qui adfixus lateri eius relictus est,
2 intra paucas horas decessit. sed cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium maerentiumque frequentiam, effudit uocem conuenientissimam conscientiae suae: ecquandone, inquit, propinqui amicique, similem mei ciuem
3 habebit res publica? hunc finem clarissimus iuuenis uitae habuit: cuius morum minime omittatur argumentum. cum aedificaret domum in Palatio in eo loco, ubi est quae quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc Statili Sisennae est, promitteretque ei architectus, ita se eam aedificaturum, ut liber a conspectu inmunisque ab omnibus arbitris esset neque quisquam in eam despicere posset, tu uero, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam, ut, quidquid agam, ab omnibus perspici possit. [In legibus Gracchi inter perniciosissima numerarim, quod extra Italiam colonias posuit. id maiores, cum uiderent tanto potentiorem Tyro Carthaginem, Massiliam Phocaea, Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto, genitali solo, diligenter uitauerant

1 quando ($\overline{qn}$ *A*) *AP*, *cf.* 52. 6 incepta *A* : coepta *P* 2 cadebant *Lipsius* 3 imm. *AP* incognita *AP*, *em. Acidalius* quae eum *P* : ~~quę~~ (quae eum) qua &um *A* (*sic*) 4 ~~cunctis in~~ (cinctus) *A* (*sic*) area *suprascr.* atrio *A* : atrio *P* 5 percussus ~~est~~ *A* (*sic*) 8 ~~cō~~scientiae *A* (*sic*) 9 ecquandó ne *P* : et $\overline{qn}$ ne *A* 12 domum *BA* : templum *P* 15 libera a *AP*, *em. Fröhlich* immunisque & ab omnibus hominibus esset *A et sic, om.* &, *P* : i. ab o. arbitris e. *B* : ab omnium luminibus *Price ad Apulei Apologiam p.* 106 *sed* et *quod habet A potest esse* etiam (ēt) 16 disp. *A* possit *AP* : posset *Miller* 17 si quid artis in te est *prius A fortasse recte* comp. *AP* quidquid *A* : quicquid *P* 18 *Verba* In legibus Gracchi . . . condita est *hic leguntur in AP* : *ea Cludius transponebat ut finem facerent c.* 7 *post* uindictae data. *Retinui ordinem qui est in AP cum fragmentum possint esse perditae digressionis in qua Drusi incepta cum Gracchorum comparata sunt* 19 numerarim *A* : numerauerim *P* 21 Phocheā *A* 22 Bysantium *A*

et ciuis Romanos ad censendum ex prouinciis in Italiam reuocauerant. prima autem extra Italiam colonia Carthago condita est.]

Mors Drusi iam pridem tumescens bellum excitauit 15
Italicum; quippe L. Caesare et P. Rutilio consulibus abhinc annis CXX, uniuersa Italia, cum id malum ab Asculanis ortum esset (quippe Seruilium praetorem Fonteiumque legatum occiderant) ac deinde a Marsis exceptum in omnis penetrasset regiones, arma aduersus Romanos
cepit. quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit iustissima: 2
petebant enim eam ciuitatem, cuius imperium armis tuebantur: per omnis annos atque omnia bella duplici numero se militum equitumque fungi neque in eius ciuitatis ius recipi, quae per eos in id ipsum peruenisset fastigium, per quod homines eiusdem et gentis et sanguinis ut externos
alienosque fastidire posset. id bellum amplius CCC *milia* 3
iuuentutis Italicae abstulit. clarissimi autem imperatores fuerunt Romani eo bello Cn. Pompeius, Cn. Pompei Magni pater, C. Marius, de quo praediximus, L. Sulla anno ante praetura functus, Q. Metellus, Numidici filius, qui meritum
cognomen Pii consecutus erat: quippe expulsum ciuitate 4
a L. Saturnino tribuno pl., quod solus in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate senatus, consensu rei publicae restituit patrem. nec triumphis honoribusque quam aut causa exili aut exilio aut reditu clarior fuit Numidicus.

Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces Silo Popae- 16

1 et *A* : ut *P* C. R. *AP* 2 reuocauerint *AP* : reuocauerant *Acidalius* : ut et . . . reuocauerint *Thomas* 5 P.] Pompeio *AP* 6 annos *P* : 'annis *A*, *ut item AP* 2. 65. 2 abhinc annis, *alias semper* abhinc annos' *Halm* uniuersa Italia cum id malum *A* : cum id malum in uniuersa Italia *P* 7 quippe *AP* Seruium *AP*, *em.* *Aldus* Fontemiumque *BA* 8 ac deinde a Marsis *P et A*, *sed hic suprascriptum, cum prius fuisset* et marsis 9 omnis *A* 13 æq. *A* 16 $\overline{\text{ccc}}$. *AP*, *om.* milia 18 Pompeii *AP* 20 functusq. Metellus *A* 22 a *A* : *om.* *P* $\overline{\text{TR}}$· P· L· *A* 23 reip. *AP* : P. R. *Puteanus* 25 exilii *AP* 27 popedius *A*

dius, Herius Asinius, Insteius Cato, C. Pontidius, Telesinus
2 Pontius, Marius Egnatius, Papius Mutilus. neque ego
uerecundia domestici sanguinis gloriae quidquam, dum
uerum refero, subtraham: quippe multum Minati Magi,
ataui mei, Aeculanensis, tribuendum est memoriae, qui
nepos Deci Magi, Campanorum principis, celeberrimi et
fidelissimi uiri, tantam hoc bello Romanis fidem praestitit,
ut cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Her-
culaneum simul cum T. Didio caperet, Pompeios cum
3 L. Sulla oppugnaret †Cosamque occuparet: cuius de
uirtutibus cum alii, tum maxime dilucideque Q. Hortensius
in annalibus suis rettulit. cuius illi pietati plenam populus
Romanus gratiam rettulit ipsum uiritim ciuitate donando,
duos filios eius creando praetores, cum seni adhuc crea-
4 rentur. tam uaria atque atrox fortuna Italici belli fuit,
ut per biennium continuo duo Romani consules, Rutilius
ac deinde Cato Porcius, ab hostibus occiderentur, exercitus
populi Romani multis in locis funderentur, utque ad saga
iretur diuque in eo habitu maneretur. caput imperi sui
Corfinium legerant quod appellarent Italicam. paulatim
deinde recipiendo in ciuitatem, qui arma aut non ceperant
aut deposuerant maturius, uires refectae sunt, Pompeio
Sullaque et Mario fluentem procumbentemque rem populi
Romani restituentibus.

17 Finito ex maxima parte, nisi quae Nolani belli manebant

1 inste iuscato *A*: T. Vettius Cato *Vrsinus* 2 mutilius *AP*: Mutilus *Raphelengius* 3 domestici sanguinis gloriae *AP* quicquam *AP* 4 uerum *P*: uero *A*: uera *Orelli* Minatii Magii *AP* 5 atauini *A*, *suprascr.* ataui mei Asculanensis *AP*, *em. Cellarius et Cluuer* 6 Decii Magii *AP* 10 Cosamque *AP*: Compsam *Voss* 11 dilucide Q. *P*: dilucideq. que *A*: maxime dilucide *Lipsius* 12 retulit *AP* illi *A*: ille *P*: *fort.* insigni pietatis *Kritz* 13 rett. *P*: ret. *A*: reddidit *Perizonius*: *uocabuli geminationem tuitus est Wopkens Tull. Lect.* § 189 ciuitatem *A* 16 continuum *Gelenius* 19 imperii *AP* 20 legerant quod appellarent *B*: legerantq. apellarent *A*: legerantq; (*om.* appellarent) *P* Italicam *A*: Italicani *P*: Italicum *B*: *fort.* quam appellarent Italicam: appellarunt *Burer* 23 ~~meriū~~ mario *A* (*sic*) rem P. R. *BA*: remp. *P*

reliquiae, Italico bello, quo quidem Romani uictis ad-
flictisque ipsi exarmati quam integri uniuersis ciuitatem
dare maluerunt, consulatum inierunt Q. Pompeius et L.
Cornelius Sulla, uir qui neque ad finem uictoriae satis
laudari neque post uictoriam abunde uituperari potest.
hic natus familia nobili, sextus a Cornelio Rufino, qui 2
bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiae
eius claritudo intermissa esset, diu ita se gessit, ut nullam
petendi consulatum cogitationem habere uideretur: deinde 3
post praeturam inlustratus bello Italico et ante in Gallia
legatione sub Mario, qua eminentissimos duces hostium
fuderat, ex successu animum sumpsit petensque consula-
tum paene omnium ciuium suffragiis factus est; sed eum
honorem undequinquagesimo aetatis suae anno adsecu-
tus est.

Per ea tempora Mithridates, Ponticus rex, uir neque 18
silendus neque dicendus sine cura, bello acerrimus, uirtute
eximius, aliquando fortuna, semper animo maximus, con-
siliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal, occupata
Asia necatisque in ea omnibus ciuibus Romanis, quos 2
quidem eadem die atque hora redditis ciuitatibus litteris
ingenti cum pollicitatione praemiorum interemi iusserat,
quo tempore neque fortitudine aduersus Mithridatem neque 3
fide in Romanos quisquam Rhodiis par fuit (horum fidem
Mytilenaeorum perfidia inluminauit, qui M'. Aquilium alios-
que Mithridati uinctos tradiderunt, quibus libertas in unius
Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est), cum

2 exanimati *Mommsen* integri *Heinsius*: integris *AP*: ipsi exarmatis quam integri uniuersis *Cobet* integri non euersis *Ieep* 3 inieruntque *A*: inierunt Cn. *P* Q. *B* 6 nobilis *A* 9 consulatus *Novák probabiliter* 11 legato ne *A* qua *Gelenius*: quae *AP* 13 creatus *del. et suprascr.* factus *A* 18 *post* aliquando *A habet scriptum id quod ambigo num compendium sit uocabuli alicuius* (? simul) *an duae litterae erasae, ut puto* sl. 21 ~~literis~~ ciuitatibus literis *A* (*sic*) 22 interemi *A* 24 horum fidem in *A* 25 M. *AP*, *em. Ruhnken* 27 gratia *A*

terribilis Italiae quoque uideretur imminere, sorte obuenit
4 Sullae Asia prouincia. [is] egressus urbe cum circa Nolam moraretur (quippe ea urbs pertinacissime arma retinebat exercituque Romano obsidebatur, uelut paeniteret eius fidei, quam omnium sanctissimam bello praestiterat Punico), P.
5 Sulpicius tribunus pl., disertus, acer, opibus gratia amicitiis uigore ingeni atque animi celeberrimus, cum antea rectissima uoluntate apud populum maximam quaesisset dignitatem, quasi pigeret eum uirtutum suarum et bene consulta
6 ei male cederent, subito prauus et praeceps C. Mario post LXX annum omnia imperia et omnis prouincias concupiscentī addixit *se* legemque ad populum tulit, qua Sullae imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum, aliasque leges perniciosas et exitiabiles neque tolerandas liberae ciuitati tulit. quin etiam Q. Pompei consulis filium eundemque Sullae generum per emissarios factionis suae interfecit.

19 Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit eamque armis occupauit, XII auctores nouarum pessimarumque rerum, inter quos Marium cum filio et P. Sulpicio, urbe exturbauit ac lege lata exules fecit. Sulpicium [etiam] adsecuti equites in Laurentinis paludibus iugulauere, caputque eius erectum et ostentatum pro rostris uelut omen
2 imminentis proscriptionis fuit. Marius post sextum consulatum annosque LXX nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundineto

1 īmin. *A* : imm. *P* 2 prouintia *A* Is *P* : *om. A* 4 pęniteret *A* : poen. *P* 7 ingenii *AP* 8 aput *A* : apud *P* maxumam *A* 12 se *post Puteanum Heinsius et Bentley post* concupiscenti, *Halm post* praeceps, *ego post* addixit *addidimus* : ~~dedit~~ addixit *A* (*sic*) : *Kritz* imp. et o. prouincias *tamquam accusatiuos rettulit ad* addixit Syllae inperium *A*, *qui formam* Sulla *non habet nisi* 19. 2, 24. 1, 28. 2, 41. 2 15 etiamq. Pompei *A* : e. Q. Pompeii *P* 20 Sulpitio, 21 Sulpitium *AP* 21 ex turbauit *A* etiam *e geminatione litt.* -itium *ortum putabant Orelli et Cornelissen* 23 omen *A sed eraso quod nunc legi non potest* 24 inm. *A* 25 annoque LXX. *AP* : annosque LXX *Vrsinus* : annumque LXX *Voss*

circa paludem Maricae, in quam se fugiens consectantis
Sullae equites abdiderat, iniecto in collum loro in car-
cerem Minturnensium iussu duumuiri perductus est. ad 3
quem interficiendum missus cum gladio seruus publicus
natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello
Cimbrico captus erat, ut agnouit Marium, magno eiulatu
expromens indignationem casus tanti uiri abiecto gladio
profugit e carcere. tum ciues, ab hoste misereri paulo 4
ante principis uiri docti, instructum eum uiatico conla-
taque ueste in nauem imposuerunt. at ille adsecutus
circa Aenariam filium cursum in Africam direxit inopemque
uitam in tugurio ruinarum Carthaginiensium tolerauit, cum
Marius aspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter
alteri possent esse solacio.

Hoc primum anno sanguine consulis Romani militis **20**
imbutae manus sunt; quippe *Q.* Pompeius, collega Sullae,
ad exercitum Cn. Pompei proconsulis seditione, sed quam
dux creauerat, interfectus est. non erat Mario Sulpicioque 2
Cinna temperatior. itaque cum ita ciuitas Italiae data
esset, ut in octo tribus contribuerentur noui ciues, ne
potentia eorum et multitudo ueterum ciuium dignitatem
frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auc-
tores beneficii, Cinna in omnibus tribubus eos se distribu-
turum pollicitus est: quo nomine ingentem totius Italiae 3

1 consentantis *A* 2 carce *A*, *fine uocabuli abscisso* 3 ῑι̅. uiri *P* ιι uiri *A*: duumuirum *Lipsius* 5 ab] sub *Burmann* im peratore *A* 6 magno *BA*: cum magno *P* 7 expromens *Acidalius et Maduig Aduers.* ii. 301: expromenti *BP*: exprimenti *A*: m. eiulatu exprimente indign. *Kritz* 10 imp. *AP* 11 Taenariam *P*: tænaria' *suprascr.* Tenariā *A*: Aenariā *Gelenius* 12 Carthaginensium *A* 14 solatio *AP* 16 sunt *BA*: *om.* *P* Q. *add. Heinsius* Sylla *A* 17 ad exercitū *A* (ab *suprascr.*): ad exercitum *P* *Burer dubitauit utrum potius legendum esset* ad *an* ab seditione *BP*: seditioni *suprascr.* seditionis *A* 18 *ante* non *Haase signum lacunae posuit* Sulpitioque *A et margo P*: Sulpitio *P* 19 temperatior *suprascr.* temperator *A* 21 potentiæ *A nisi fallor* 22 possint *A*

frequentiam in urbem acciuerat. e qua pulsus collegae
optimatiumque uiribus cum in Campaniam tenderet, ex
auctoritate senatus consulatus ei abrogatus est suffectusque
in eius locum L. Cornelius Merula flamen dialis. haec
4 iniuria homine quam exemplo dignior fuit. tum Cinna
corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam spe
largitionis militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat,
receptus est. is cum uniuersus in uerba eius iurasset,
retinens insignia consulatus patriae bellum intulit, fretus
ingenti numero nouorum ciuium, e quorum delectu CCC
amplius cohortes conscripserat ac triginta legionum instar
5 impleuerat. opus erat partibus auctoritate, cuius augendae
gratia C. Marium cum filio de exilio reuocauit quique cum
iis pulsi erant.

21 Dum bellum autem infert patriae Cinna, Cn. Pompeius,
Magni pater, cuius praeclara opera bello Marsico praecipue
circa Picenum agrum, ut praescripsimus, usa erat res publica,
quique Asculum ceperat, circa quam urbem, cum in multis
aliis regionibus exercitus dispersi forent, LXXV *milia* ciuium
2 Romanorum, amplius LX Italicorum una die conflixerant,
frustratus spe continuandi consulatus ita se dubium mediumque partibus praestitit, ut omnia ex proprio usu ageret temporibusque insidiari uideretur, et huc atque illuc, unde spes
maior adfulsisset potentiae, sese exercitumque deflecteret.
3 sed ad ultimum magno atrocique proelio cum Cinna con-

5 homine $\overset{m}{\imath}$nquam *A* (*sic*) 6 primo *P*: $\overline{\text{pria}}$ *A*: *fort.* pretio 7 largionis *A* 10 $\overline{\text{ccc.}}$ *P* 11 $\overset{\text{con}}{\text{~~de~~}}$stripserat *A* (*sic*) 12 auctoritate gratia cuius augendae (augenda *A*) C. Marium *AP*: cuius augendae gratia *Madvig et G. A. Koch*: cuius augendae *causales genitiuos faciebant Ruhnken et Kritz* 17 prestripsimus *A*: praediximus *Ruhnken*: supra scripsimus *Friebel* ~~tres. p.~~ res. p. *A* (*sic*) 19 LXXV *scripsi*: quinque et LXX. *A*: quinque et $\overline{\text{LXX.}}$ *P* milia *om. AP* 20 LX. *A*: $\overline{\text{LX.}}$ *P* 21 $\overline{\text{COS}}$. sulta se *A* 22 ut *om. A*: *fort.* omnia ut 24 adfuisset *AP*, *em. Aldus* potentiae sese *Halm*: potentia esse *A*: potentiae se *P*

flixit: cuius commissi patratique sub ipsis moenibus focis-
que urbis Romanae pugnantibus spectantibusque quam
fuerit euentus exitiabilis, uix uerbis exprimi potest. post 4
hoc cum utrumque exercitum uelut parum bello exhaustum
laceraret pestilentia, Cn. Pompeius decessit. cuius interitus
uoluptas amissorum aut gladio aut morbo ciuium paene
damno repensata est, populusque Romanus quam uiuo
iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit. seu duae 5
seu tres Pompeiorum fuere familiae, primus eius nominis
ante annos fere CLXVII Q. Pompeius cum Cn. Seruilio
consul fuit. Cinna et Marius haud incruentis utrimque 6
certaminibus editis urbem occupauerunt, sed prior ingressus
Cinna de recipiendo Mario legem tulit.

Mox C. Marius pestifero ciuibus suis reditu intrauit **22**
moenia. nihil illa uictoria fuisset crudelius, nisi mox
Sullana esset secuta; neque licentia gladiorum in mediocria 2
saeuitum, sed excelsissimi quoque atque eminentissimi
ciuitatis uiri uariis suppliciorum generibus adfecti. in iis
consul Octauius, uir lenissimi animi, iussu Cinnae inter-
fectus est. Merula autem, qui se sub aduentum Cinnae
consulatu abdicauerat, incisis uenis superfusoque altaribus
sanguine, quos saepe pro salute rei publicae flamen dialis
precatus erat deos, eos in exsecrationem Cinnae partiumque
eius tum precatus optime de re publica meritum spiritum
reddidit. M. Antonius, princeps ciuitatis atque eloquentiae, 3
gladiis militum, quos ipsos facundia sua moratus erat, iussu

1 paratique *A* focisque *Voss*: sociisque *AP*: fossisque *Heinsius et Bentley*: oculisque *Lipsius*: tectisque *Cornelissen* 3 uerbis *P*: bis *A* 5 *ante* decessit *supplebat Sauppe* de caelo tactus *uel* fulmine ictus 9 seu tres *P*: se ut res *A* 10 CLXVII *BA*: CLXVIII *P*: CLXXII *Laurent* Q. *Gelenius*: quem *A*: quam *P* 11 utrinque *AP* 14 C.] CN. *A*: CN. *P* 16 in mediocri *A*: immediocri *B*: in mediocreis *P*: in mediocris *Acidalius*: in mediocria *Popma* 17 excelsissimae quoque a. eminentissimae *AP*, *em. Heinsius* 20 Cinnae COS. *AP* 23 execr. *AP* partium quæ *A* 24 *an* tunc? pra&atus *A* 25 Anthonius *A*

4 Mari Cinnaeque confossus est. Q. Catulus, et aliarum
uirtutum et belli Cimbrici gloria, quae illi cum Mario com-
munis fuerat, celeberrimus, cum ad mortem conquireretur,
conclusit se loco nuper calce harenaque perpolito inlatoque
igni, qui uim odoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu,
simul incluso suo, mortem magis uoto quam arbitrio inimi-
5 corum obiit. omnia erant praecipitia in re publica, nec
tamen adhuc quisquam inueniebatur, qui bona ciuis Romani
aut donare auderet aut petere sustineret. postea id quoque
accessit, ut saeuitiae causam auaritia praeberet et modus
culpae ex pecuniae modo constitueretur et qui fuisset
locuples, fieret is nocens, sui quisque periculi merces foret,
nec quidquam uideretur turpe, quod esset quaestuosum.

23 Secundum deinde consulatum Cinna et septimum Marius
in priorum dedecus iniit, cuius initio morbo oppressus
decessit, uir in bello hostibus, in otio ciuibus infestissimus
2 quietisque inpatientissimus. in huius locum suffectus
Valerius Flaccus, turpissimae legis auctor, qua creditoribus
quadrantem solui iusserat, cuius facti merita eum poena
3 intra biennium consecuta est. dominante in Italia Cinna
maior pars nobilitatis ad Sullam in Achaiam ac deinde
post in Asiam perfugit. Sulla interim cum Mithridatis
praefectis circa Athenas Boeotiamque et Macedoniam ita
dimicauit, ut et Athenas reciperet et plurimo circa multi-
plicis Piraei portus munitiones labore expleto amplius CC
4 *milia* hostium interficeret nec minus multa caperet. si
quis hoc rebellandi tempus, quo Athenae oppugnatae
a Sulla sunt, imputat Atheniensibus, nimirum ueri uetus-
tatisque ignarus est: adeo enim certa Atheniensium in

1 Mari *P*: Marii *A* Q̄. *A* 5 sil' *A bis* 8 erat *del. ante* inueniebatur *A* 10 preberet *A* 12 is nocens *Halm*: innocens *AP*: nocens *Gelenius* suique *Acidalius* 13 quicquam *AP* 14 C̄ŌS̄. *A* Cinnae *A* 17 imp. *AP* 22 post *del. Novák* 23 Boetiamque *A* 25 Pirei *AP* c̄c̄. (*om.* milia) *AP* 28 inp. *A*: imp. *P*

Romanos fides fuit, ut semper et in omni re, quidquid
sincera fide gereretur, id Romani Attica fieri praedicarent.
ceterum tum oppressi Mithridatis armis homines miser- 5
rimae condicionis cum ab inimicis tenerentur, oppugna-
bantur ab amicis et animos extra moenia, corpora necessitati
seruientes intra muros habebant. transgressus deinde in 6
Asiam Sulla parentem ad omnia supplicemque Mithridaten
inuenit, quem multatum pecunia ac parte nauium, Asia
omnibusque aliis prouinciis, quas armis occupauerat, dece-
dere coegit, captiuos recepit, in perfugas noxiosque animad-
uertit, paternis, id est Ponticis finibus contentum esse iussit.
C. Flauius Fimbria, qui praefectus equitum ante aduentum **24**
Sullae Valerium Flaccum consularem uirum interfecerat
exercituque occupato imperator appellatus † fonte Mithri-
daten pepulerat proelio, sub aduentu Sullae se ipse
interemit, adulescens, quae pessime ausus erat, fortiter
exsecutus. eodem anno P. Laenas tribunus pl. Sex. Luci- 2
lium, qui [in] priore anno tribunus pl. fuerat, saxo Tarpeio
deiecit, et cum collegae eius, quibus diem dixerat, metu ad
Sullam perfugissent, aqua ignique iis interdixit. tum Sulla 3
compositis transmarinis rebus, cum ad eum primum omnium
Romanorum legati Parthorum uenissent, et in iis quidam
magi ex notis corporis respondissent caelestem eius uitam

1 quicq. *P* 2 syncera *AP* ~~ageretur~~ gereretur *A* 3 tum *BA* : cum *P* 4 *malim* cum ab inimicis tenerentur, oppugnarentur ab amicis, animos *etc.* 5 necessitate seruientis *A* 6 in Asia *AP* 7 ad *Ruhnken* : ante *AP* : ante omnia *Wopkens* 'confestim' *interpr. est* supl. *A* Mithridatem *A* : -datē *P* 8 multa tum *AP* 10 perfugam *AP* 11 esse contentum *A* ~~iubet~~ iussit *A* (*sic*) 13 flacum *A nisi fallor* 14 ap. *A* forti *Puteanus* : sponte *Halm* Mithridatem *A* 16 pessimae *A* 17 exec. *AP* P. *AP* : Popillius *Aldus* Sex *A* : Sext. *P* 18 qui in priore *AP* 19 metu *Burer* : motu *AP* : noctu *Vrsinus* 20 perfugissent *Baiter* : prof. *AP* 21 comp. *P* : cōp. *A* 22 in is *A* 23 uitam et memoriam *P* : in uita[m] inq. memoriam *A prius, deinde* inq. *mutatum est in* ~~in~~& (*sic*) : *scripsi* uitam memoriamque. *coni. Laurent* inuictamque : *Orelli* uitam atque : *Cornelissen* c. et diuinam eius m. f.

memoriamque futuram, reuectus in Italiam haud plura quam
xxx armatorum milia aduersum cc amplius hostium exposuit
4 Brundisii. uix quidquam in Sullae operibus clarius duxerim,
quam quod cum per triennium Cinnanae Marianaeque
partes Italiam obsiderent, neque inlaturum se bellum iis
dissimulauit nec quod erat in manibus omisit, existimauitque
ante frangendum bello hostem quam ulciscendum ciuem,
repulsoque externo metu, ubi quod alienum esset uicisset,
5 † superaret quod erat domesticum. ante aduentum L. Sullae
Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est, uir dignior
qui arbitrio uictorum moreretur quam iracundia militum.
de quo uere dici potest, ausum *esse* eum quae nemo auderet
bonus, perfecisse quae a nullo nisi fortissimo perfici possent,
et fuisse eum in consultando temerarium, in exsequendo
uirum. Carbo nullo suffecto collega solus toto anno consul
fuit.

25 Putares Sullam uenisse in Italiam non belli uindicem,
sed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum per Calabriam
Apuliamque cum singulari cura frugum, agrorum,
hominum, urbium perduxit in Campaniam temptauitque
iustis legibus et aequis condicionibus bellum componere;
sed iis, quibus et pessima et inmodica cupiditas erat, non
2 poterat pax placere. crescebat interim in dies Sullae exercitus
confluentibus ad eum optimo quoque et sanissimo. felici

2 xxx *A* : $\overline{\text{xxx}}$ *P* cc *A* : $\overline{\text{cc}}$. *P* 3 Brundusii *AP* quicquam *AP* 7 ~~bellum~~ hostem *A unde* bello *addidi* 9 superaret *AP*: *in anacoluthon incidisse V. putabat Kritz, Halm neglegentius scripsisse: mihi* superaret *imperatiuus uidetur esse inlatus more Thucydideo ut structuram uariaret*: ut superaret *Hand* 12 ausum *P*: ausus *sequente* ſ *quae post deleta est A*: ausum esse *Orelli poteratque* ausū eſſe *in id abire quod extat in A amissa priore* e, *posteriore ante* eum *absorpta* 13 perfecisset *A* nisi] si *A* posset *A* 14 eundem *Orelli* exeq. *AP* 15 uirum *AP*: prouidum *Cornelissen* 20 tentauitque *P* 22 sed ~~iis~~ iis *A* (*sic*): *num* ī is? res *ante* pessima *add. Ruhnken*: spes *Bernays* 23 crescebat *del., dein suprascr.* crescebat *A* 24 et *A, om. P, sed Burer testatur habuisse Murbacensem* et sanissimo

deinde euentu circa Capuam Scipionem Norbanumque con-
sules superat, quorum Norbanus acie uictus, Scipio ab exercitu
suo desertus ac proditus inuiolatus a Sulla dimissus est.
adeo enim Sulla dissimilis fuit bellator ac uictor, ut dum 3
uincit † ac iustissimo † lenior, post uictoriam audito fuerit
crudelior. nam et consulem, ut praediximus, exarmatum
Quintumque Sertorium, pro quanti mox belli facem ! et
multos alios, potitus eorum, dimisit incolumis, credo ut in
eodem homine duplicis ac diuersissimi animi conspice-
retur exemplum. post uictoriam † qua demendes † montem 4
Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla gratis Dianae,
cuius numini regio illa sacrata est, soluit ; aquas salubritate
in medendis corporibus nobilis agrosque omnis addixit
deae. huius gratae religionis memoriam et inscriptio
templi adfixa posti hodieque et tabula testatur aerea intra
aedem.

1 ~~dein~~ denique (*sic*) *A h. e.* deinde *eraso, correctum in* denique : deinde *B* : denique *P*   euentu c. C. euentu *A unde correxi* : c. C. euentu *P*   Narbonumque . . . Narbonus *P* : *sed* Norbanus . . . Norbanum *BA*   consules *A* : COS. *P* : 'tu fac COSS.' *Burer*   5 ac *AP* : acie *Burmann, quod nimis languet* : adhuc *Scriner* : dum uincit, . . . ac iustissimo lenior *Krause, excidit fortasse* mitis : mansuetissimo *Cornelissen* : iustissimo *Novák ratus est pro neutro positum esse, h. e. quam iustissimum fuit*   6 et *Gelenius* : ut *AP*   COS *A* : COS. *P* pred. *A*   exarmat(r *A*)umque Sertorium *AP* : exarm. Quintumque S. *Heinsius et Perizonius* : exarm. atque S. *Voss*   7 proh *P*   8 incolumes *AP*   credo *del., dein suprascr.* Credo *A*   9 ~~animis~~ animi *A* (*sic*)   10 post *Gelenius* : posuit *AP*   qua demendes *ABP* : qua descendens *Gelenius quod Sauppe et Orelli defendunt quasi uictoriam pro proelio secundo dixerit V.* : quia descendens *Ruhnken* : namque ascendens *Halm* : *fort.* quia de meridie sub *uel* qua die ingrediens   11 ti fata *ABP*   gratis *BA* : gratus *P*   12 numini *P* : nomini *BA*   ræegio *A*   salubritatem *A* : salubritate in *B* : salubritate *P*   13 medendis *A* : medendisque *BP*   nobiles *AP*   addixit *Gelenius* : adduxit *ABP*   14 memoriam *Lipsius* : memoria *ABP*   15 adfixæ positi *A*   tabula *AP* : crabula *B* : et tabula *Gelenius*   *Num* Huius g. rel. memoriam *uetus* inscr. t. a. posti hodieque tabula (*ablat.*) testatur aer. i. ae.   intra aedem. Deinde *Gelenius* : Interea deinde *B* : inter edeinde *del., dein suprascr.* edem de *A* : intra aedem (*om.* deinde) *P*

26 Deinde consules Carbo tertium et C. Marius, septiens
consulis filius, annos natus XXVI, uir animi magis quam
aeui paterni, multa fortiterque molitus neque usquam
inferior nominis titulis, apud Sacriportum pulsus a Sulla
acie Praeneste, quod ante natura munitum praesidiis firma-
2 uerat, se exercitumque contulit. ne quid usquam malis
publicis deesset, in qua ciuitate semper uirtutibus certatum
erat, certabatur sceleribus, optimusque sibi uidebatur, qui
fuerat pessimus. quippe dum ad Sacriportum dimicatur,
Damasippus praetor Domitium . . ., Scaeuolam etiam, ponti-
ficem maximum et diuini humanique iuris auctorem cele-
berrimum, et C. Carbonem praetorium, consulis fratrem, et
Antistium aedilicium uelut fauentis Sullae partibus in curia
3 Hostilia trucidauit. non perdat nobilissimi facti gloriam
Calpurnia, Bestiae filia, uxor Antisti, quae iugulato, ut
praediximus, uiro gladio se ipsa transfixit. quantum huius
gloriae famaeque accessit nunc uirtute feminae! *nec* propria
latet.

27 At Pontius Telesinus, dux Samnitium, uir animi bellique fortissimus penitusque Romano nomini infestissimus, contractis circiter XL *milibus* fortissimae pertinacissimaeque in

1 C̄os. *A* : COSS. *P* C. Marius septiens (-ies *P*) C̄ON̄S̄. (COS. *P*) *AP* 3 aeui *AP* '*quippe qui adulescens interemptus patrem aetate non aequauerit*' *Milkau p.* 95 *et sic iam Laurent et Scriner p.* 45 : fati *Heinsius* : ingeni *Orelli* : magis saeui quam p. *Bernays* 4 nomine stilis *A ut mihi uisum est* : st'lís *ut Fechtero* : sulis *ut Orellio* : nomine consulis *P* : nomine suo. Is *Orelli* : nominis titulis *scripsi* 5 ante] arte et *Haase, et sic Bentley in ed. Heins.* 6 unquam *AP, em. Puteanus* 7 publicis *P et A in quo quod* publice *scriptum tradidit Orelli, deceptus est compendio* : *sic* adsumptis 32. 4 10 Domitium consularem, Scaevolam Mucium (*om.* etiam) *Ruhnken* 16 ipsa *A* : ipsam *P* 17 ~~familu~~ famæque *A* (*sic*) feminae nec propria *Thomas ualde probabiliter* : eminet patria *AP* : nunc uirtute feminae propria patet *Haupt* 19 animi *AP* : '*alias* domi' *Rhenanus* : animi acerrimus *Scriner* : animi fortissimus bellique peritus *Haase. Sed* penitus *est* 'intima mente' *ut ostendit G. A. Koch Quaestt. Vell. p.* 11 20 romano *ex* romanorum *A* 21 XL. *A* : X̄L̄. *P* : L̄X̄ *Lipsius*

retinendis armis iuuentutis, Carbone ac Mario consulibus
abhinc annos † xi Kal. Nouembribus ita ad portam Collinam
cum Sulla dimicauit, ut ad summum discrimen et eum et
rem publicam perduceret, quae non maius periculum adiit 2
Hannibalis intra tertium miliarium conspicata castra, quam
eo die, quo circumuolans ordines exercitus sui Telesinus
dictitansque adesse Romanis ultimum diem uociferabatur
eruendam delendamque urbem, adiciens numquam defu-
turos raptores Italicae libertatis lupos, nisi silua, in quam
refugere solerent, esset excisa. post primam demum horam 3
noctis et Romana acies respirauit et hostium cessit. Tele-
sinus postera die semianimis repertus est, uictoris magis
quam morientis uultum praeferens, cuius abscisum caput
ferro figi gestarique circa Praeneste Sulla iussit. tum demum 4
desperatis rebus suis C. Marius adulescens per cuniculos,
qui miro opere fabricati in diuersas agrorum partis fuerunt,
conatus erumpere, cum foramine e terra emersisset, a dis-
positis in id ipsum interemptus est. sunt qui sua manu, 5
sunt qui concurrentem mutuis ictibus cum minore fratre
Telesini una obsesso et erumpente occubuisse prodiderunt.
utcumque cecidit, hodieque tanta patris imagine non
obscuratur † ciuis memoria. de quo iuuene quid existi-
mauerit Sulla, in promptu est; occiso enim demum eo
Felicis nomen adsumpsit, quod quidem usurpasset ius-
tissime, si eundem et uincendi et uiuendi finem habuisset.

1 COS *A* : COSS. *P* 2 xi *BA* : x̄l̄. *P* : cxi *Aldus* : cix *Kritz* ante diem vi Kal. Nou. *Mommsen* 3 cum *A* 5 hanibalis *A* castra conspicata *P* : conspicata castra *A*, *ita tamen ut super* conspicata *adderet β*, *super* castra *α*, *ordine uerborum sic transposito* 6 eo *B* : eodem *AP* 8 adiic(t *A*)iens *AP* 10 solent *AP* : '*alias* solerent' *Burer* 13 orientis *A* cultum *AP* uoltum *Gelenius* abscisum *A* : abscissum *P* 14 ferro figi *Madvig* : ferri *AP*, *quod redundantiae adscripsit Georges de elocut. V. P. p.* 4 gæstarique *A* 16 ferunt *Gelenius* 17 foramina et terra *A* : *fort.* foramine terrae : f. ex terra *Halm* 19 fratre *AP* 20 Telesini *Duker* : Telesino *AP* : cum minore Telesino *Lipsius* prodiderint *P* 22 ciuis *BA* : eius *P* 24 quod *P* : quo *BA*

6 oppugnationi autem Praenestis ac Mari praefuerat Ofella Lucretius, qui cum ante Marianarum fuisset partium †praetor, ad Sullam transfugerat. felicitatem diei, quo Samnitium Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ludorum circensium honorauit memoria, qui sub eius nomine Sullanae Victoriae celebrantur.

28 Paulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimicaret, magnificis proeliis partium eius uiri hostium exercitum fuderant, duo Seruilii apud Clusium, Metellus Pius apud Fauentiam,
2 M. Lucullus circa Fidentiam. uidebantur finita belli ciuilis mala, cum Sullae crudelitate aucta sunt. quippe dictator creatus (cuius honoris usurpatio per annos CXX intermissa; nam proximus post annum quam Hannibal Italia excesserat, uti appareat populum Romanum usum dictatoris haud metu desiderasse tali quo timuisset potestatem) imperio, *quo* priores ad uindicandam maximis periculis patriam usi erant, eo *in* inmodicae crudelitatis licentiam usus est.
3 primus ille, et utinam ultimus, exemplum proscriptionis inuenit, ut in qua ciuitate petulantis conuici iudicium

1 oppugnationis *AP* praefuera *B* Affella *B*: Afella *A*: Asella *P*: Ofella *margo Murbacensis teste Burer* 2 antea *A* (*sic*) Marianarum *P*: marinarum *BA* praetor *AP*: proditor *Voss*: fautor *Scriner* 5 qui sub eius *AB et margo P*: quibus eius *P* Syllanae *A* *del. Heinsius et Haase* 9 Seruili aput (-d *P*) Plusium *AP* Pius] plus *A* 10 Fidentiam *AP* bellis *A sed* s *erasa* 11 Sullae *hic A* crudelitatem *A* aucta *bis A sed altero eraso* 12 cxx *A*: cxx. *P* 13 fuit *post* exc. *add. Cludius* 14 adp. *AP* haud] aut metu desideras tulio cotimuis se (Tulio Co timuisse [cōtinuisse] *P*) potestatem *AP*, *quae correxi*: haud ita desiderasse uti extimuisse p. *Gronov Obss.* ii. 23: haut ita in metu desiderasse, ut in otio timuisse p. *Ruhnken, et sic Sauppe, sed omisso* in: ut in metu desiderasse ita in otio timuisse p. *Halm*: ut in metu desiderasse, ita nullo eo timuisse *Novák* 15 tali quo *uel* ac *ego* imperio prores (proh res *P*) ad uindicandam (-dum *P*) maximi periculi spolia musierant *AP*, *em. Gelenius et Ruhnken, sed ut* remp. *ex* poliam *elicerent, pro quo cum Scrinero* patriam *malui*: ad uindicandum m. p. populum u. e. *Laurent* 17 eo inmodicae (imm. *P*) crud. licentia *AP*, *em. Cludius*: eo ad i. *Burmann*: *fort.* in eo i. c. licentia u. e. 18 prostr. *A*

† historiarum ex alto † redditur, in ea iugulati ciuis Romani
publice constitueretur auctoramentum, plurimumque habe-
ret, qui plurimos interemisset, neque occisi hostis quam
ciuis uberius foret praemium, fieretque quisque merces
mortis suae. nec tantum in eos, qui contra arma tulerant, 4
sed in multos insontis saeuitum. adiectum etiam, ut bona
proscriptorum uenirent exclusique paternis opibus liberi
etiam petendorum honorum iure prohiberentur simulque,
quod indignissimum est, senatorum filii et onera ordinis
sustinerent et iura perderent.

Sub aduentum in Italiam L. Sullae Cn. Pompeius, eius 29
Cn. Pompei filius, quem magnificentissimas res in consulatu
gessisse bello Marsico praediximus, XXIII annos natus, abhinc
annos CXIII priuatis ut opibus, ita consiliis magna ausus mag-
nificeque conata exsecutus, ad uindicandam restituendamque
dignitatem patriae firmum ex agro Piceno, qui totus paternis
eius clientelis refertus erat, contraxit exercitum: cuius uiri 2
magnitudo multorum uoluminum instar exigit, sed operis
modus paucis eam narrari iubet. fuit hic genitus matre
Lucilia stirpis senatoriae, forma excellens, non ea, qua flos
commendatur aetatis, sed ex dignitate constantiaque in
illam conueniente amplitudinem quae fortunam eius ad
ultimum uitae comitata est diem, innocentia eximius, sanc- 3
titate praecipuus, eloquentia medius, potentiae, quae honoris

1 historiarium *P*: historiarum *AB*: histrioni *Gelenius*: histrionicarum *Popma*: *fort.* histrioni iniuriarum (iniuriarum *iam Pithoeus*), *uel* histrioni extraordinarium ex alto *AP*: exoleto *Gelenius*: ex albo *Pithoeus, Lipsius, Mommsen*: exacto *Ruhnken* Romani publice *Puteanus*: R. publicæ *A*: Reip. *P* 5 tantum *Vrsinus*: tamen *AP* 9 fili *A* 12 Pompeii *P* consulatu *BA*: senatu *P* 13 xxiii *A*: xxiii. *P* 14 cxiii *A*: cxiii. *P*: cx *Kritz* 15 exec. *AP* 16 picæno *del., dein suprascr.* piceno *A* 19 eam *Halm*: eum *AP* 21 ex *AP* constantiaque *P*: cōstientiaq. *suprascr.* cōstantiaq. *A* 22 conueniente *Laurent*: conueniens *AP*: constantiaque quae i. i. conueniens *Aldus et Wopkens* quae fortunam *Laurent*: fortunamque *AP*, *uide Madvig Aduers.* ii. p. 302 eius *AP* 23 ultimum *BA*: ultimam *P*

causa ad eum deferretur, non ui ab eo occuparetur, cupidissimus, dux bello peritissimus, ciuis in toga, nisi ubi uereretur ne quem haberet parem, modestissimus, amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus, potentia sua
4 numquam aut raro ad inpotentiam usus, paene omnium uitiorum expers, nisi numeraretur inter maxima [in] ciuitate libera dominaque gentium indignari, cum omnis ciuis iure haberet paris, quemquam aequalem dignitate conspicere.
5 hic a toga uirili adsuetus commilitio prudentissimi ducis, parentis sui, bonum et capax recta discendi ingenium singulari rerum militarium prudentia excoluerat ita ut a Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompeius timeretur ualidius.

30 Tum M. Perpenna praetorius, e proscriptis, gentis clarioris quam animi, Sertorium inter cenam Oscae interemit Romanisque certam uictoriam, partibus suis excidium, sibi tur-
2 pissimam mortem pessimo auctorauit facinore. Metellus et Pompeius ex Hispaniis triumphauerunt; sed Pompeius, hoc quoque triumpho adhuc eques Romanus, ante diem
3 quam consulatum iniret, curru urbem inuectus est. quem uirum quis non miretur per tot extraordinaria imperia in summum fastigium euectum iniquo tulisse animo, C. Caesaris *absentis* in altero consulatu petendo senatum populumque

1 ui *Mommsen*: ut *AP* 2 ~~ciuis is~~ ciuis (*sic*) *A*: ciuis *P* 3 nec quem *A* 4 reconsilianda *A* 5 facilimus *A* 6 imp. *AP* penę *A* 7 uotorum *AP*, *em. Aldus* in ciuitate *B*: in ciuitatem *A*, in *et* m *linea infra notatis*: ciuitate *P* 8 omnes ciues A 9 par esquenquam (*sic*) *A* 10 hicce ~~to~~ coga (*sic*) *A*: hicce toga *P*: hic a toga *B* adsumptus *Ruhnken* 12 prudentiae celeriora et a (œta *suprascr.* &a *A*) *PA*: prudentia celerior ita ut a *potius legendum censebat Burer*: prudentia excoluerat (coluerat *Gruner*) *Ruhnken* 13 timetur ualidus *A* 14 ~~gentib~~ gentis *A* (*sic*) 15 Etoscae *AP*, *em Puteanus*: et hospitium Oscae *Thomas* Romanosque *A* 16 turpissimam ~~turpem~~ (*suprascr.* mortem) pessimū (*olim* pessimo) auctorauit f *A* (*sic*) 17 maturauit *Cornelissen* 18 et *om. A* Hispaniis *BA*: Hispanis *P* 21 quis nominetur *A*: *num* ominetur? 22 uectum *AP*, *em. Heinsius* animo *P*: iniquo *A* 23 absentis *add. Krause*

Romanum rationem habere: adeo familiare est hominibus
omnia sibi ignoscere, nihil aliis remittere, et inuidiam rerum
non ad causam, sed ad uoluntatem personasque dirigere.
hoc consulatu Pompeius tribuniciam potestatem restituit, 4
cuius Sulla imaginem † in iure reliquerat. dum Sertorianum 5
bellum in Hispania geritur, LXIIII fugitiui e ludo gladiatorio
Capua profugientes duce Spartaco, raptis ex ea urbe gladiis,
primo Vesuuium montem petiere, mox in dies crescente
multitudine grauibus uariisque casibus adfecere Italiam.
quorum numerus in tantum aduleuit, ut qua ultimo dimi- 6
cauere acie, hominum † XL *milia* DCCC se Romano exercitui
opposuerint. huius patrati gloria penes M. Crassum fuit,
mox † rei publicae omnium † principem.

Conuerterat Cn. Pompei persona totum in se terrarum **31**
orbem et per omnia maior ciue habebatur. qui cum consul
perquam laudabiliter iurasset se in nullam prouinciam ex eo
magistratu iturum idque seruasset, post biennium A. Gabi- 2
nius tribunus legem tulit, ut cum belli more, non latroci-
niorum, orbem classibus iam, non furtiuis expeditionibus,
piratae terrerent quasdamque etiam Italiae urbis diripuis-
sent, Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur esset-
que ei imperium aequum in omnibus prouinciis cum
proconsulibus usque ad quinquagesimum miliarium a mari.

4 potestatem *Gelenius*: P. *AP* 5 sine re *Gelenius* 6 LXXIIII *Lipsius, cf. Liu. Epit.* 95 7 sparta coraptis *A* : & *del., dein* ex *A* 8 in dies cr. *A* : cr. in dies *P* 9 adfæc. *A* 10 creuit *del., dein* aduleuit *A* quo ultima *A* : qua ultimo *P* 11 XLACCC hominum *AP* : *mutaui* a *in* ɔ, *cf. Cic. de Rep.* 2. 20. 36 : XL ac CC milia *Laurent, quo significarentur* 240,000. *Quidni* 40,200? *h. e. quadraginta milia ac ducenti* : XC milia *Voss* exercitu *A* 13 omnium *P* : omni *A* : Romani nominis *Ruhnken* : reip. per omnia *Kreyssig et Laurent* : omnium confessione *Bergk, cf.* 43. 3, *num* omnium consensu? *cf.* 32. 1, *an* amplissimum? 15 maior ciue *Heinsius* : maiore ui *AP* : *fort.* ciui 17 magis erat uiturum *del., dein suprascr.* magistratu iturum *A* 18 ut cum ~~ut~~ (*sic*) *A* 20 tererent *del., dein* terrerent *A* etiam *om. A* urbes *A* 21 mittendos *del. ante* oppr. *A* 22 ecuum *del., dein suprascr.* equum *A* 23 amari *A*

3 quo decreto paene totius terrarum orbis imperium uni uiro deferebatur; sed tamen idem hoc ante biennium in
4 M. Antoni praetura decretum erat. sed interdum persona ut exemplo nocet, ita inuidiam auget aut leuat: in Antonio homines aequo animo passi erant; raro enim inuidetur eorum honoribus, quorum uis non timetur: contra in iis homines extraordinaria reformidant, qui ea suo arbitrio aut deposituri aut retenturi uidentur et modum in uoluntate habent. dissuadebant optimates, sed consilia impetu uicta sunt.

32 Digna est memoria Q. Catuli cum auctoritas tum uerecundia. qui cum dissuadens legem in contione dixisset esse quidem praeclarum uirum Cn. Pompeium, sed nimium iam liberae fieri rei publicae neque omnia in uno reponenda adiecissetque: 'si quid huic acciderit, quem in eius locum substituitis?' succlamauit uniuersa contio, te, Q. Catule. tum ille uictus consensu omnium et tam honorifico ciuitatis
2 testimonio e contione discessit. hic hominis uerecundiam, populi iustitiam mirari libet, huius, quod non ultra contendit, plebis, quod dissuadentem et aduersarium uoluntatis
3 suae uirum testimonio fraudare noluit. per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est; Otho Roscius lege sua

1 quos C̄ A: quo senatus COS. *P*: quo decreto *scripsi*: quo scito *Schegk* pene *A* ~~orbis~~ terrarum orbis *A* 2 septennium *Krause* 3 Antoni *AP* ita *del. ante* interdum *A* 4 leua *A* 7 extraord.] imperia *add. Mommsen* re formidant *A* 9 ~~habebant~~ habent *A* (*sic*) 11 Dignaq. *A* 14 liber aeret *B*, *itemque A*, *sed ut litterae nigriore atramento postea sint refictae*: liber aere *P*: liberae fieri *scripsi* 16 substitu^i^tis *A*: substituitis *P*: *fort.* substitutum itis subcl. *AP* contio *A*: concio *P* teq. *A*: te Q. *P* 18 contione *A*: conc. *P* 21 uero testimonium *A*, *unde correxi*: uero testimonio *P* 23 transtulerant *P* & (æ) qualr *A* (*sic*) in *A*: inter *P* 24 Otho Roscius *Puteanus*: ut Horoscius *AP*: 'alias & Horoscius' *Burer*

equitibus in theatro loca restituit. at Cn. Pompeius multis 4 et praeclaris uiris in id bellum adsumptis discriptoque paene in omnis recessus maris praesidio nauium, breui inexsuperabili manu terrarum orbem liberauit praedonesque per multa ac multis locis uictos circa Ciliciam classe adgressus fudit ac fugauit; et quo maturius bellum tam late diffusum 5 conficeret, reliquias eorum contractas in urbibus remotoque mari loco [in] certa sede constituit. sunt qui hoc carpant, sed quamquam in auctore satis rationis est, tamen ratio quemlibet magnum auctorem faceret; data enim facultate sine rapto uiuendi rapinis arcuit.

Cum esset in fine bellum piraticum et L. Lucullus, qui 33 ante septem annos ex consulatu sortitus Asiam Mithridati oppositus erat magnasque et memorabilis res ibi gesserat, Mithridaten saepe multis locis fuderat, egregia Cyzicum liberarat uictoria, Tigranen, regum maximum, in Armenia uicerat ultimamque bello manum paene magis noluerat imponere quam non potuerat, qui alioqui per omnia laudabilis et bello paene inuictus pecuniae pelliciebatur cupidine, idem bellum adhuc administraret, Manilius tribunus pl., semper uenalis et alienae minister potentiae, legem tulit, ut

1 æquit. *A* loco *del., dein suprascr.* loca *A* mĩtis *del., dein suprascr.* multis *A* 2 uiris *bis, altero deleto A* discripto quae *A* : descriptoque *P* paene *Haase* : nae ue *A*, *om. P* 3 presidio *A* inexup. *P* 4 malo *Herel* per multa a multis *AP*: 'alias ac multis' *Burer* 5 uictis *A* Cilitiam *A* 6 quo *P*: quod *A* 8 a mari *Gelenius* in *delendum puto* 9 sed cum in auctore satis ratio est tum ratio *Cobet* tn̄ *del., dein suprascr.* tũ *A* : tum *P* 11 arguit *A* 12 et] cum et *AP* 13 ex COS. *P*: ex $\overline{\text{COS.}}$ *A* : ex consulatu *Voss* : ex consule *Heinsius* 14 et *A* : ac *P* memorabiles *AP* 15 Mithridaten *P* : Mithridatem *A* egregiaq. *del., dein* egregia *A* 16 Tigranen *P* : Tigrannem *A* regem *Kritz* 17 pene *A* 18 *num* quique? 19 pellebatur *A* : expellebatur *P* : 'sc. belli administratione' *Wopkens* : pellicebatur *Warburton nescio quo errore pro* pelliciebatur, *quod nuper coni. Madvig* : polluebatur *Bernays* : tenebatur *Scriner* 20 Manibu *del., dein* Manilius *A* 21 impotentiae *Warburton*

bellum Mithridaticum per Cn. Pompeium administraretur. 2 accepta ea *est* magnisque certatum inter imperatores iurgiis, cum Pompeius Lucullo infamiam pecuniae, Lucullus Pompeio interminatam cupiditatem obiceret imperi neuterque 3 ab eo quo arguebatur mentitus argui posset. nam neque Pompeius, ut primum ad rem publicam adgressus est, quemquam †animo parem tulit, et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat (neque eo uiro quisquam aut alia omnia minus aut gloriam magis concupiit, in appetendis honoribus inmodicus, in gerendis uerecundissimus, ut qui eos ut libentissime iniret, ita finiret aequo animo, 4 et quod cupisset, arbitrio suo sumeret, alieno deponeret) et Lucullus, summus alioqui uir, profusae huius in aedificiis conuictibusque et apparatibus luxuriae primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari et receptum suffossis montibus in terras mare haud infacete Magnus Pompeius Xerxen togatum uocare adsueuerat.

34 Per id tempus a Q. Metello Creta insula in populi Romani potestatem redacta est, quae ducibus Panare et Lasthene XXIIII milibus iuuenum coactis, uelocitate pernicibus, armorum laborumque patientissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romanos exercitus fatigauerat. 2 *ne* ab huius quidem usura gloriae temperauit animum Cn. Pompeius, quin uictoriae partem conaretur uindicare. sed

2 acceptæ & *del.*, *dein* accepta ea *A*: accepta ea *P*: accepta ea est *scripsi* 4 obiiceret imperii *AP* neuterque *B*: ne uterque *P*, *sed Rhenanus in marg. adnotauit* 'melius si leg. nec': nec uterque *A* (*sic*) 5 ab eo quod arguebatur *AP*: ab eo quo arguebatur *Gelenius*: ab eo qui arguebatur *Madvig* 6 ad *BA*: *om. P* 7 animo *P*: aio (animo) *potius quam* aid (aliquid) *A*: *fort.* in aliquid: omnino *Acidalius*: aequo animo *Lipsius* 9 adp. *AP* 11 et qui *Lipsius probante Madvig* ii. 303 *et Novák* 12 sumeret *Acidalius*: sumere *AP* 16 infacete *A*: infectæ *P*, *sed Rhenanus in marg. adnotauit* 'puto le. infacete uel infestiue' Xersen *AP* 18 a Q. *P*: aq. *A* 20 Lasthane *A* 21 laboruq. *A* 22 Romanus *A* 23 ne *add. Gelenius* usurae gloria *AP*, *em. Rhenanus* 24 quin *Gelenius*: qui *AP*

et Luculli et Metelli triumphum cum ipsorum singularis
uirtus, tum etiam inuidia Pompei apud optimum quemque
fecit fauorabilem. per haec tempora M. Cicero, qui omnia 3
incrementa sua sibi debuit, uir nouitatis nobilissimae et ut
uita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit, ne quorum
arma uiceramus, eorum ingenio uinceremur, consul Sergi
Catilinae Lentulique et Cethegi et aliorum utriusque ordinis
uirorum coniurationem singulari uirtute, constantia, uigilia,
curaque aperuit. Catilina metu consularis imperi urbe 4
pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethe-
gusque et alii clari nominis uiri auctore senatu, iussu con-
sulis in carcere necati sunt.

Ille senatus dies, quo haec acta sunt, uirtutem M. Catonis **35**
iam multis in rebus conspicuam atque praenitentem in
altissimo culmine locauit. hic genitus proauo M. Catone, 2
principe illo familiae Porciae, homo Virtuti simillimus et
per omnia ingenio diis quam hominibus propior, qui num-
quam recte fecit, ut facere uideretur, sed quia aliter facere
non potuerat, cuique id solum uisum est rationem habere,
quod haberet iustitiae, omnibus humanis uitiis inmunis
semper fortunam in sua potestate habuit. hic tribunus 3
pl. designatus et adhuc admodum adulescens, cum alii
suaderent, ut per municipia Lentulus coniuratique custodi-

2 aput o. quenque *A* 5 ~~ut~~ ne *A* (*sic*) 6 C̄ŌS̄. *A* : COS. *P* 7 utriusque *P* : utrius *BA* 9 aperuit *Gelenius* : eripuit *AP*, eruit *Lipsius*, '*ut est in Liuii Per.* 102 : ea coniuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est' *Halm* consularis *BA* : *om. P* imperii *A* : imperi *PB* 11 cōsulis *A* 14 p̄enitentem (praeenit.) *A* 15 culmine (*sic Haase*) locauit *Maduig* : luminauit *AP* : lumine collocauit *Burmann* 16 homo *P* : non *AB* similimus *A* et *P* : sed *AB* *Negatiuam post Kreyssigium et Martinum tutatus est Thomas conferens* 22. 2, 126. 1 : *sed recte perspexerat Burer* hō nō *confusa esse* : sed (set) *praecedens littera s progenerauit* 19 poterat *Gelenius* 20 iustitiae *AP*, *sc.* rationem : iustitiam *Gelenius* īmunis *A* : imm. *P* 21 TR. PL. *AB* : Trib. Pleb. *P* 22 et *Voss* : est *BA*, *om. P*

rentur, paene inter ultimos interrogatus sententiam, tanta
ui animi atque ingeni inuectus est in coniurationem, eo
ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium socie-
4 tate consili suspectam fecit, sic impendentia ex ruinis in-
cendiisque urbis et commutatione status publici pericula
exposuit, ita consulis uirtutem amplificauit, ut uniuersus
senatus in eius sententiam transiret animaduertendumque
in eos, quos praediximus, censeret maiorque pars ordinis
5 eius Catonem prosequerentur domum. at Catilina non
segnius conata obiit, quam sceleris conandi consilia inierat:
quippe fortissime dimicans, quem debuerat supplicio spiritum
reddidit.

36 Consulatui Ciceronis non mediocre adiecit decus natus eo
anno diuus Augustus abhinc annos †LXXXII, omnibus omnium
2 gentium uiris magnitudine sua inducturus caliginem. iam
paene superuacaneum uideri potest eminentium ingeniorum
notare tempora. quis enim ignorat diremptos gradibus
aetatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, † sane-
que Crassum, † Catonem, Sulpicium, moxque Brutum, Ca-
lidium, Caelium, Caluum et proximum Ciceroni Caesarem
eorumque uelut alumnos Coruinum ac Pollionem Asinium,
aemulumque Thucydidis Sallustium, auctoresque carminum
Varronem ac Lucretium neque ullo in suscepti operis sui

1 pene *A* 2 ingenii *AP* eo *Lipsius*: et *AP* 3 suadentium *bis, eraso posteriore, A* 4 inp. *A* 5 cōm. *A* 6 consulis *Gelenius*: consilis *B*: consilii *AP* 9 Ciceronem *Hottinger* non segnius *om. in textu, add. in marg. A* 10 conata *Acidalius*: nota *B*: uota *AP* intererat *A* 11 q. deb. supp. spir. reddidit *scripsi*: quem sp. supplitio debuerat reddidit *A*: quem sp. supplicio debuerat supplicio reddidit *P* 13 de eius *del., dein suprascr.* decus *A* 14 LXXXXII *Aldus* 17 dirēptos *A*: direptos *B* 18 saneque *AP*: anteque *ed. Bipont*: Antonium *Aldus*: *fort.* ante hosque *uel* hosque ante: *uerba* saneque Crassum Catonem Sulpicium *interpolata iudicauit Novák cum iam* 9. 2 *Crassi Sulpicique iniecta sit mentio nec probabiliter inter aequalis omissus sit Antonius* 19 Catonem *AP*: Cottam *Aldus* 22 Salustium *AP, sed mox* Sall. *A* 23 suscepti *Lipsius*: suspecti *AP*: insuspecti *A. Palmer uix probabiliter*

conamine minorem Catullum. paene stulta est inhaerentium 3
oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri
aeui eminent princeps carminum Vergilius Rabiriusque et
consecutus Sallustium Liuius Tibullusque et Naso, perfectis-
simi in forma operis sui; nam uiuorum ut magna admiratio,
ita censura difficilis est.

Dum haec in urbe Italiaque geruntur, Cn. Pompeius 37
memorabile aduersus Mithridaten, qui post Luculli pro-
fectionem magnas noui exercitus uireis reparauerat, bellum
gessit. at rex fusus fugatusque et omnibus exutus copiis 2
Armeniam Tigranenque socerum petit, regem eius temporis,
nisi qua Luculli armis erat infractus, potentissimum. simul 3
itaque duos persecutus Pompeius intrauit Armeniam. prior
filius Tigranis, sed discors patri, peruenit ad Pompeium;
mox ipse supplex et praesens se regnumque dicioni eius 4
permisit, praefatus neminem alium neque Romanum neque
ullius gentis uirum futurum fuisse, cuius se societati commis-
surus foret, quam Cn. Pompeium; proin omnem sibi uel
aduersam uel secundam, cuius auctor ille esset, fortunam
tolerabilem futuram: non esse turpe ab eo uinci, quem
uincere esset nefas, neque inhoneste aliquem summitti huic,
quem fortuna super omnis extulisset. seruatus regi honos 5
imperi, sed multato ingenti pecunia, quae omnis, sicuti

1 conamine *scripsi*: carmine *AP*: neque ullo in suscepto carminis sui opere *Halm*: neque ullo nisi succincti operis uolumine m. C. *L. Traube*: neque ulla in suscepti operis sui parte se minorem *ego olim* Catullum *A*: Catulum *P* inherentium *A* 2 interq. *del., dein suprascr.* inter quae *A* 3 princeps *BA*: principes *P* Verg. *AP* 4 Sallustium *A* 7 c. 37 *Haase censebat loco suo motum esse et reiciendum post* 39; *absurde enim id diuelli a* 40, *et ita diuulsum interponi inter duo episodia quae inter se coniuncta fuisse non minus consentaneum sit quam* i. 14–18 9 uireis *AP quod retinui cum ad Murbacensem reuocari debeat utpote sic lectum ab Amerbachio* uiris *Halm* 10 at *BA*: Ac *P* 11 socerum *AP*: generum *Aldus*: socer generum *Heinsius* petit *Gelenius* 12 qua *Gruter*: quia *AP* 15 ~~eius~~ ditioni eius *A* (*sic*) 18 proin *A*: proinde *P* 21 huic *A*: *om. P, sed Rhenanus adn.* ‘alias neq; ei’ 22 omnes *A*: omneis *P* 23 imperi *AP*

Pompeio moris erat, redacta in quaestoris potestatem ac publicis descripta litteris. Syria aliaeque, quas occupauerat, prouinciae ereptae, et aliae restitutae populo Romano, aliae tum primum in eius potestatem redactae, ut Syria, quae tum primum facta est stipendiaria. finis imperi regi terminatus Armenia.

38 Haud absurdum uidetur propositi operis regulae paucis
percurrere, quae cuiusque ductu gens ac natio redacta in
formulam prouinciae stipendiaria facta sit, facilius ut quae
2 partibus notauimus, simul uniuersa conspici possint. primus
in Siciliam traiecit exercitum consul Claudius, sed prouinciam
eam post annos ferme LII captis Syracusis fecit Marcellus
Claudius. primus Africam Regulus nono ferme anno primi
Punici belli . . . ; sed post † CCIIII annos P. Scipio Aemilianus eruta Carthagine abhinc annos † CLXXXII Africam in
formulam redegit prouinciae. Sardinia inter primum et
secundum bellum Punicum ductu T. Manli consulis certum
3 recepit imperi iugum. inmane bellicae ciuitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio consule,
tertio Augusto principe certae pacis argumentum Ianus
4 geminus clausus dedit. in Hispanias primi omnium duxere

1 redacta ad quaestorem *Ruhnken* 2 quas *P* : quae *A* occupauerant *AP*, *em. Gelenius* 3 et *AP* : ei *Ruhnken* 5 regii *Heinsius* : regi *AP* 9 prouintie *A* stipendia ~~ria~~ (*sic*) pacta sit *A sed in marg.* alias ria facta : stipendia pacta sit *P* notauimus facilius ut quae (que *A*) partibus *AP*, *sed Rhenanus adn.* 'alias notabimus ut facilius e partibus' *Acidalius corr.* ut quae partibus notabimus, facilius *et sic Haase, nisi quod retinuit* notauimus : facilius ut (*sic iam Voss*), quae partibus notauimus *Bothe et Thomas* 11 $\overline{\text{COS}}$ *A* : COS. *P* set *Sauppe* : sed *Mommsen* : et *AP* 12 LXI *del., dein* LII *A* Marcellius *A* 13 primus in Africam *Gelenius* 14 aggressus est *suppleuit Halm* sed *P* : se *A* CCIIII *AP* : CVIIII *Bipont.* : CVII *Laurent* 15 ~~Annos~~ ab hīc annos *A* (*sic*) CLXXXII *AP* : CLXXII *Kritz* 18 imperi *A* : imperii *P* 19 semel *P in A littera secunda mihi potius* c⁰ *uisa est*, sc⁰ l' : *iterum inspicienti* e *neglegentius facta habita est* sel' 20 tertio *A* : $\overline{\text{III}}$ *P* : ter *Wilhelm secundum Mon. Ancyr.* 2, 5 *Momms. et Suet. Aug.* 22 Ianus geminus *P* : Ianius Geminius *A* : ianius geminius *B*

exercitus Cn. et P. Scipiones initio secundi belli Punici
abhinc annos CCL; inde uarie possessa et saepe amissa
partibus, uniuersa ductu Augusti facta stipendiaria est.
Macedoniam Paulus, Mummius Achaiam, Fuluius Nobilior 5
subegit Aetoliam, Asiam L. Scipio, Africani frater, eripuit
Antiocho, sed beneficio senatus populique Romani mox ab
Attalis possessam [regibus] M. Perpenna capto Aristonico
fecit tributariam. Cypros deuicta nullius adsignanda gloriae 6
est; quippe senatus consulto, ministerio Catonis, regis
morte, quam ille conscientia acciuerat, facta prouincia est.
Creta Metelli ductu longissimae libertatis fine multata est.
Syria Pontusque Cn. Pompei uirtutis monimenta sunt.

Gallias primum *a* Domitio *et* Fabio, nepote Pauli, qui 39
Allobrogicus uocatus est, intratas cum exercitu, magna mox
clade nostra, saepe et adfectauimus et omisimus. sed
fulgentissimum C. Caesaris opus in his conspicitur; quippe
eius ductu auspiciisque infractae paene idem, quod totus
terrarum orbis, † ignauum conferunt stipendium. ab eodem 2
facta . . . Numidicus. Ciliciam perdomuit Isauricus et post

1 initio *P*: in otio *suprascr.* initio. Beat *A*, *ut dubitem sitne ex coniectura Beati Rhenani* initio *an ille sic legerit quod erat in Murbacensi* 2 sepe *A* omissa *Bergk* 6 ab Attalis *Gelenius*: habita lis *AP* 7 regibus *P*: *om. A* 8 Cyprus (Cypros *Halm*) d. nullius ads. gloriae est (gloriaest) *Laurent*: Cypro deuicta nullis adsignanda gloria est *AP* 9 plebiscito *Cuias* 11 finem *A* est *A et Acidalius*: Et *P* 12 monum. *AP* 13 primus *A* a *add. Aldus* et *add. Gelenius* Fabioque *Vrsinus* 15 amisimus *AP*, *em. Heinsius* 16 his *A quod tutatus est Thomas, de Vell. uolum. condic. p.* 14: iis *P* 17 auspitiisque infracte *A* pene *AP*: plane *uel* plene *Burmann* 18 ignauum *AP*: in aerarium *Aldus, quod recepit Halm*: signatum *Popma*: ingratum *Laurent* stipendium Ab eodem facta Numidicus Cilitiam perdomuit uisa uicisset post bellum Antiochinum. Vulso Manlius gallo græciā *A*, *et P nisi quod post* stipendium *plene interpunxit, addito ante* uisa *asterisco. Orelli locum sic scripsit* stipendium. Stipendiaria ab eodem facta Numidia. Ciliciam perdomuit Isauricus et post bellum Antiochinum Volso Manlius Gallograeciam: *in quibus* et *iam Rhenanus coni. in marg.*, Isauricus *Sigonio debetur* 19 facta [Numidia prouincia, e qua iam olim cognomen uirtute partum detulerat Metellus] Numidicus *suppleuit Haase* Isauricus et *Sigonius*: uisa uicisset *AP*

bellum Antiochinum Vulso Manlius Gallograeciam. Bi-
thynia, ut praediximus, testamento Nicomedis relicta here-
ditaria. Diuus Augustus praeter Hispanias aliasque gentis,
quarum titulis forum eius praenitet, paene idem facta
Aegypto stipendiaria, quantum pater eius Galliis, in aerarium
3 reditus contulit. at Ti. Caesar quam certam Hispanis *is*
parendi confessionem extorserat, parem Illyriis Delmatisque
extorsit. Raetiam autem et Vindelicos ac Noricos Panno-
niamque et Scordiscos nouas imperio nostro subiunxit
prouincias. ut has armis, ita auctoritate Cappadociam
populo Romano fecit stipendiariam. sed reuertamur ad
ordinem.

40 Secuta deinde Cn. Pompei militia, gloriae laborisne
maioris incertum est. penetratae cum uictoria Media,
Albani, † Hiberi; ac deinde flexum agmen ad eas nationes,
quae dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos Henio-
chosque et Achaeos, et oppressus auspiciis Pompei, insidiis
fili Pharnacis Mithridates, ultimus omnium iuris sui regum
2 praeter Parthicos. tum uictor omnium quas adierat gentium
Pompeius suoque et ciuium uoto maior et per omnia
fortunam hominis egressus reuertitur in Italiam. cuius
reditum fauorabilem opinio fecerat; quippe plerique non
sine exercitu uenturum in urbem adfirmarant et libertati
3 publicae statuturum arbitrio suo modum. quo magis hoc
homines timuerant, eo gratior ciuilis tanti imperatoris

1 Bythiniam *A* 3 gentis *mutatum in* gentes *A* 5 Galli *ABP*: Galliis *Halm*: Gallia *Gelenius* 6 redditus *BA* at *AP*: ad *B* Ti. *Vrsinus*: T. *ABP* is *addidi* 7 parem *ABP*: parens *Vrsinus et Lipsius; sed post* quam certam *requiritur id quod habent tres testes ABP* parem 8 extorsit *BA*: *om. P* Raetiam *A*: Rhetiam *P* Vindicos *del., dein suprascr.* Vindelicos *A* ac Noricos *P*: et Nor. *A* 9 et Cordiscos *AP*: Scordiscos *Gelenius* 10 Capad. *A* 15 Albania, Hiberia *Burmann*: *fortasse* Albani, Hiberia. *Valde dubito num Albanorum regio Albania uocanda fuerit*: Hideri *A* 16 adque *A* Enioch. *A* 17 Acheos *A* 18 fili *AP* Pharnacis *A*: Pharnaces *P* 21 reuertit' (reuertitur) *A*: reuertit *P* 23 adfirmabant *AP*, *em. Mommsen*

reditus fuit: omni quippe Brundisii dimisso exercitu nihil
praeter nomen imperatoris retinens cum priuato comitatu,
quem semper illi uacare moris fuit, in urbem rediit magni-
ficentissimumque de tot regibus per biduum egit triumphum,
longeque maiorem omni ante se inlata pecunia in aerarium,
praeterquam a Paulo, ex manubiis intulit. absente Cn. 4
Pompeio T. Ampius et T. Labienus tribuni pl. legem
tulerunt, ut is ludis circensibus corona aurea et omni cultu
triumphantium uteretur, scaenicis autem praetexta corona-
que aurea. id ille non plus quam semel, et hoc sane
nimium fuit, usurpare sustinuit. huius uiri fastigium tantis
auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa, iterum ex
Europa, tertio ex Asia triumpharet et, quot partes orbis
terrarum sunt, totidem faceret monimenta uictoriae suae.
numquam eminentia inuidia carent. itaque et Lucullus, 5
memor † tamen acceptae iniuriae, et Metellus Creticus non
iniuste querens (quippe ornamentum triumphi eius captiuos
duces Pompeius subduxerat) et cum iis pars optimatium
refragabatur, ne aut promissa ciuitatibus a Pompeio aut
bene meritis praemia ad arbitrium eius persoluerentur.

Secutus deinde est consul C. Caesar, qui scribenti manum 41

1 Brundusii *AP* 3 illi uacare *Rhenanus*: illa fatare moris (fata remoris *A*) *PA*: illi astare *Doederlein et Halm*, *probante G. A. Koch* 5 pecuniam *Kreyssig* 6 praeter quam *AP* 7 L. Tampius *Vrsinus* La~~bienus~~ benius *A* (*sic*) 8 tulerunt *AP*: tulerant *Acidalius* is *Vrsinus*: si *AP*: *fort.* uti is *uel* is ut 8 *et* 10 aurea *AP*: laurea *Lipsius bis, at uide Borghesi Oeuvres* i. 452 9 uteretur *om. A* scenicis *A* pretexta *A* 11–14 huius . . . uictoriae suae.] *Hic locus extat ap. scholiasten Lucani* 9. 178 *quem edidit Weber* iii. *p.* 695 *ubi discrepant haec* actibus . . . ut primum . . . tertio ex Hispania . . . partes terrae . . . monimenta 12 primus *AP* 13 quod (*refictum in* quot) partes orbis terrarum ~~sint~~ sunt *A* (*sic*): terrarum orbis *P* 14 monum. *AP* 16 *ante* memor *in A deletum est* et Metellus: *scripserim* et Met. Creticus, memor tamen acceptae iniuriae non iniuste querens, quippe &c.: tamen *AP*, *quod misere languet de Lucullo*: tandem *Orelli*: ante *Laurent* et Metellus Cr. *AP*: Craeticus *del.*, *dein* Creticus *A* (*sic*) 17 quaerens *A* 18 duos *suprascr.* duces *sed* duos *non eraso A*: ducus *P*: duces *corr. Rhenanus* 21 $\overline{\text{COS}}$ *A*: Consulatus *P* C. Caesar/ qui, *deinde* is *ante* qui *add. supra lineam A*: C. Caesaris *P*, *correxi ex A*

inicit et quamlibet festinantem in se morari cogit. hic nobilissima Iuliorum genitus familia et, quod inter omnis †antiquissimos constabat, ab Anchise ac Venere deducens genus, forma omnium ciuium excellentissimus, uigore animi acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem euectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno
2 illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo simillimus, qui denique semper et cibo et somno in uitam, non in uoluptatem uteretur, cum fuisset C. Mario sanguine coniunctissimus atque idem Cinnae gener, cuius filiam ut repudiaret nullo metu compelli potuit, cum M. Piso consularis Anniam, quae Cinnae uxor fuerat, in Sullae dimisisset gratiam, habuissetque fere XVIII annos eo tempore, quo Sulla rerum potitus est, magis ministris Sullae adiutoribusque partium quam ipso conquirentibus eum ad necem mutata ueste dissimilemque fortunae suae indutus habitum nocte urbe
3 elapsus est. idem postea admodum iuuenis, cum a piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab his retentus est, apud eos gessit, ut pariter iis terrori uenerationique esset, neque umquam aut die aut nocte (cur enim quod uel maximum est, si narrari uerbis speciosis non potest, omittatur?) aut excalcearetur aut discingeretur, in hoc scilicet, ne si quando aliquid ex solito uariaret, suspectus iis, qui oculis tantummodo eum custodiebant, foret.

1 iniicit *AP* quamlibet *A* : quemlibet *P* : 'alias quamlibet' *Burer* 3 antiquissimos *AP* : inter omnis constabat antiquissima *Lipsius* : antiquitatis peritos *Orelli* : antiquitatis studiosos *uel* curiosos *Halm* : peritissimos *Scriner* : scientissimos *ego* (79. 1) : quos . . . antiquissimos constat *Gudeman* : 'Velleius intelligi uidetur uoluisse "auctores" uel "scriptores"' *Thomas* 5 munificentiae *AP*, *em. Gelenius* 8 similimus *A* 9 et somno et cibo *P* *Vide Comm. Crit.* 13 Sullae *A*. *non* Syllae 19 se per *B* : semper *AP* his *AP* 20 his *AP* horroriq. *del.*, *dein* terrori *A* 21 aut nocte aut die *P* 22 spetiosis uerbis *A*, *sed β super* spet., *a super* uerbis *additis, quo ordo inuertendus significaretur* 23 ex c. *A* 24 hiis *A* : his *P*

Longum est narrare, quid et quotiens ausus sit, quanto 42
opere conata eius qui obtinebat Asiam magistratus populi
Romani metu suo destituerit: illud referatur documentum
tanti mox euasuri uiri. quae nox eam diem secuta est, qua 2
publica ciuitatum pecunia redemptus est, ita tamen, ut
cogeret ante obsides a piratis ciuitatibus dari, contracta
classe et priuatus et tumultuaria inuectus in eum locum, in
quo ipsi praedones erant, partem classis fugauit, partem
mersit, aliquot nauis multosque mortalis cepit; laetusque 3
nocturnae expeditionis triumpho ad suos reuersus est,
mandatisque custodiae quos ceperat, in Bithyniam perrexit
ad proconsulem Iuncum (idem enim Asiam eamque obtinebat) petens, ut auctor fieret sumendi de captiuis supplici: quod cum ille se facturum negasset uenditurumque captiuos dixisset (quippe sequebatur inuidia inertiam), incredibili celeritate reuectus ad mare, priusquam de ea re ulli proconsulis redderentur epistulae, omnis, quos ceperat, suffixit cruci.

Idem mox ad sacerdotium ineundum (quippe absens 43
pontifex factus erat in Cottae consularis locum, *cum* paene puer a Mario Cinnaque flamen dialis creatus uictoria Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat inrita, amisisset id sacerdotium)

1 qui . . . ausus sit tanto opere conata . . . destituere *Wilhelm* 3 metu *Gelenius*: motu *AP* destituere *AP*, *corr. Rhenanus* 4 sequta *A* quam *A* 5 ciuitatium *P* est *BA*: *om. P* 7 et priuatus et contr. cl. tumultuaria *Scriner*: et priuatus et *del. F. Rühl*: priuatim et tumultuarie *Cludius quod uix necessarium* ubi *del.*, *dein suprascr.* in quo *A* 9 mortales *AP* 11 custodia cum equos *A* Bythin. *A* 12 Iunium cum *AP*, *h. e.* Iunium *Vide Nipperdei Opusc. pp.* 326 *et* 448 idem enim Asiam eam quam obt. *AP*: id en. Asiam obtinebat *Nipperdei*: *scripsi cum Lipsio* eamque *h. e. Bithyniam*: tamquam obt. *G. A. Koch* 13 supplicii *AP* 14 ~~negauit~~ negasset *A* (*sic*) 15 inuidiam inertia *Haase probabiliter* 17 redderentur *B*: redderetur *AP* epla *A*: epistula *B*: epistola *P*: 'opinor legendum epistulae' *Burer* omnes *AP* 20 cum *addidit Lipsius* 22 omnia ab iis ~~facta accepat~~ acta fecerat irrita *A* (*sic*): *num* omnia quae ab iis acta acceperat f. irrita? id *Gelenius*: ad *AP*

festinans in Italiam, ne conspiceretur a praedonibus omnia tunc obtinentibus maria et merito iam infestis sibi, quattuor scalmorum nauem una cum duobus amicis decemque seruis
2 ingressus effusissimum Adriatici maris traiecit sinum. quo quidem in cursu conspectis, ut putabat, piratarum nauibus cum exuisset uestem adligassetque pugionem ad femur alterutri se fortunae parans, mox intellexit frustratum esse uisum suum arborumque ex longinquo ordinem antemnarum prae-
3 buisse imaginem. reliqua eius acta in urbe, nobilissimaque Dolabellae accusatio et maior ciuitatis in ea fauor, quam reis praestari solet, contentionesque ciuiles cum Q. Catulo atque aliis eminentissimis uiris celeberrimae, et ante praeturam uictus *in* maximi pontificatus petitione Q. Catulus,
4 omnium confessione senatus princeps, et restituta in aedilitate aduersante quidem nobilitate monimenta C. Mari, simulque reuocati ad ius dignitatis proscriptorum liberi, et praetura quaesturaque mirabili uirtute atque industria obita in Hispania (cum esset quaestor sub Vetere Antistio, auo huius Veteris consularis ac pontificis, duorum consularium et sacerdotum patris, uiri in tantum boni, in quantum humana simplicitas intellegi potest), quo notiora sunt, minus egent stilo.

44 Hoc igitur consule inter eum et Cn. Pompeium et M. Crassum inita potentiae societas, quae urbi orbique terrarum nec minus diuerso quoque tempore ipsis exitiabilis
2 fuit. hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat, ut tandem acta in transmarinis prouinciis, quibus, ut praediximus, multi obtrectabant, per Caesarem confirmarentur

2 iam] tam *AP* 4 effusissimam *A* 7 ~~se~~ frustratum *A* (*sic*) 9 nobilissimaq. ~~quor~~ *A* (*sic*) 10 Dolobellae *AP*: nobilissima Cn. Dolabellae *Haase* ea *AP*: eo *Heinsius*: reo *Alsters* 11 praestare *A* Q. *P*: q. *A* 13 in *add. Halm* Q. *P*: q *suprascr.* Q. *A* 15 quidem] eidem *Bentley* 17 obita · in Hispania· *A* (*sic*): obitae *Heinsius* 19 atque *P* 23 consulo *suprascr.* e *A* 25 quoique *Acidalius*: cuique *Halm* 27 praedixi *A*

consulem, Caesar autem, quod animaduertebat se cedendo
Pompei gloriae aucturum suam et inuidia communis po-
tentiae in illum relegata confirmaturum uires suas, Crassus,
ut quem principatum solus adsequi non poterat, auctori-
tate Pompei, uiribus teneret Caesaris. adfinitas etiam inter 3
Caesarem Pompeiumque contracta nuptiis, quippe *Iuliam*,
filiam C. Caesaris, Cn. Magnus duxit uxorem. in hoc con- 4
sulatu Caesar legem tulit, ut ager Campanus plebei diui-
deretur, suasore legis Pompeio : ita circiter XX *milia* ciuium
eo deducta et ius urbis restitutum post annos circiter CLII
quam bello Punico ab Romanis Capua in formam prae-
fecturae redacta erat. Bibulus, collega Caesaris, cum 5
actiones eius magis uellet impedire quam posset, maiore
parte anni domi se tenuit : quo facto dum augere uult
inuidiam collegae, auxit potentiam. tum Caesari decretae
in quinquennium Galliae.

Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, disertus, 45
audax, quique dicendi neque faciendi ullum nisi quem
uellet nosset modum, malorum propositorum exsecutor acer-
rimus, infamis etiam sororis stupro et actus incesti reus ob
initum inter religiosissima populi Romani sacra adulterium,
cum grauis inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid
enim inter tam dissimilis amicum esse poterat ?) et a patri-
bus ad plebem transisset, legem in tribunatu tulit, qui ciuem
Romanum *non* damnatum interemisset, ei aqua et igni
interdiceretur : cuius uerbis etsi non nominabatur Cicero,
tamen solus petebatur. ita uir optime meritus de re publica 2

1 consulem *A* COS. *P* secedendo *A* 4 quem *AB* : qui *P* 5 uiribus *P* : uiri uiribus *AB* 6 Iuliam *add. Orelli* 8 ut *P* : aut *A* 9 xx ciuium *A* : xx. ciuium *P* 10 urbis *Heinsius et Madvig* : ab his *AP* : a II uiris *G. A. Koch* CLII. *A* : CLII. *P* 12 erat *om. A* 14 uult *AP* 18 qui neque *Vascosanus* : *sed anastrophen negatiuae Velleio uindicauit G. A. Koch* ill *del., dein* ullum *A* 19 executor *AP* 22 graues *AP* 23 dissimiles *AP* 25 non *addidi* : damnatum *AP* : indemnatum *Puteanus* ei *Gelenius* : et *AP* : ut ei *Scriner* : *fort.* ei ut 26 quibus uerbis *Burmann probabiliter*

conseruatae patriae pretium calamitatem exili tulit. non caruerunt suspicione oppressi Ciceronis Caesar et Pompeius. hoc sibi contraxisse uidebatur Cicero, quod inter XX uiros
3 diuidendo agro Campano esse noluisset. idem intra biennium sera Cn. Pompei cura, uerum ut coepit intenta, uotisque Italiae ac decretis senatus, uirtute atque actione Anni Milonis tribuni pl. dignitati patriaeque restitutus est. neque post Numidici exilium ac reditum quisquam aut expulsus inuidiosius aut receptus est laetius: cuius domus quam infeste a Clodio disiecta erat, tam speciose a senatu
4 restituta est. idem P. Clodius in † senatu sub honorificentissimo ministeri titulo M. Catonem a re publica relegauit: quippe legem tulit, ut is quaestor cum iure praetorio, adiecto etiam quaestore, mitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum regno Ptolemaeum, omnibus morum uitiis eam
5 contumeliam meritum. sed ille sub aduentum Catonis uitae suae uim intulit. unde pecuniam longe sperata maiorem Cato Romam rettulit: cuius integritatem laudari nefas est, insolentia paene argui potest, quod una cum consulibus ac senatu effusa ciuitate obuiam, cum per Tiberim subiret nauibus, non ante iis egressus est, quam ad eum locum peruenit, ubi erat exponenda pecunia.

46 Cum deinde inmanis res uix multis uoluminibus expli-

1 calamitate *AP*, *em. Gelenius* exilii *AP* 2 suspit. *A* 4 uidendo *A* 5 ut coepit *Gelenius*: et cupit *AP* intenta *Wopkens*: interita *AP* 6 ac *P*, *secunda littera incerta in A* sanatus *A* 7 Anni *AP* TR. PL. *A* dignitate *A* 8 ac *scripsi*: aut *AP* 10 ~~q̃ uis quā infestæ~~ (q̄ *suprascr.*) quam infeste *A* (*sic*): *unde suspicor in Murbacensi fuisse* quamuis *suprascr.* quam: *fort.* quam ui quamque infeste 11 in senatu *AP*: in tribunatu *Heinsius* 12 ministerii *AP*: *Kritzium dubitanter secutus sum* 13 iuræ *A* 14 quaestor emitteretur *AP*, *em. Gelenius* 15 Ptolomæum *A* 17 *ante* intulit *erasum est in A* intı (o *suprascr.*), *credo ex male intellecto* intulit 19 ~~est~~ potest *A* (*sic*) consulibus *A*: COSS. *P* 20 effusa *A* 21 iis] is *AP* 23 inmanis *mutatum in* -nes *A*

candas C. Caesar in Gallia ageret nec contentus plurimis
ac felicissimis uictoriis innumerabilibusque caesis et captis
hostium milibus etiam in Britanniam traiecisset exercitum,
alterum paene imperio nostro ac suo quaerens orbem, uetus
par consulum, Cn. Pompeius et M. Crassus, alterum iniere
consulatum, qui neque petitus honeste ab iis neque pro-
babiliter gestus est. Caesari lege, quam Pompeius ad po- 2
pulum tulit, prorogatae in idem spatium temporis prouinciae,
Crasso bellum Parthicum iam animo molienti Syria decreta:
qui uir cetera sanctissimus inmunisque uoluptatibus neque
in pecunia neque in gloria concupiscenda aut modum norat
aut capiebat terminum. hunc proficiscentem in Syriam 3
diris cum ominibus tribuni pl. frustra retinere conati: quo-
rum exsecrationes si in ipsum tantummodo ualuissent, utile
imperatoris damnum saluo exercitu fuisset rei publicae.
transgressum Euphraten Crassum petentemque Seleuciam 4
circumfusus inmanibus copiis equitum rex Orodes una cum
parte maiore Romani exercitus interemit. reliquias legionum
C. Cassius, atrocissimi mox auctor facinoris, tum quaestor,
conseruauit Syriamque adeo in populi Romani potestate 5
retinuit, ut transgressos in eam Parthos felici rerum euentu
fugaret ac funderet.

Per haec insequentiaque et quae praediximus tempora 47
amplius cccc *milia* hostium a C. Caesare caesa sunt, plura
capta; pugnatum saepe derecta acie, saepe [in] agminibus,

2 et *BA*: ac *P* 4 querens *A* uetus par *Vrsinus*: uictus pars *AP* 6 hiis *A*: his *P* legē quam *P*: leges quas *A* 8 prouinciae *om. A* 9 iam *Heinsius*: in *AP*, *om. Cludius* 12 terim *A* 13 ominibus *A*: omnibus *P*: diris immanibus *G. A Koch*: *Mommsen sic scribebat* Hunc . . . diris cum omnibus t. p. f r. con. *essent*, transgressum . . . Orodes interemit TR. PL. *A* 14 execr. *AP* uile *Lipsius* 16 Seleutiam *A* 17 circumfusus *Vascosanus*: circumfusos *AP*: circumfusis *Gelenius*, *cf.* 112. 4 24 cccc hostium *A*: cccc. hostium *P* A C *A*: a C. *P* 25 sepe . . . saepe *A* de recta *A*: directa *P* in *del. Lipsius*

saepe eruptionibus, bis penetrata Britannia, nouem denique
aestatibus uix ulla non iustissimus triumphus emeritus.
circa Alesiam uero tantae res gestae, quantas audere uix
2 hominis, perficere paene nullius nisi dei fuerit. † septimo
ferme anno Caesar morabatur in Galliis, cum medium iam
ex inuidia potentiae cum illa aegre cohaerentis inter Cn.
Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia, uxor
Magni, decessit: atque omnia inter destinatos tanto dis-
crimini duces dirimente fortuna filius quoque paruus Pompei.
3 Iulia natus, intra breue spatium obiit. tum in gladios
caedisque ciuium furente ambitu, cuius neque finis reperie-
batur nec modus, tertius consulatus soli Cn. Pompeio etiam
aduersantium antea dignitati eius iudicio delatus est, cuius
ille honoris gloria uelut reconciliatis sibi optimatibus maxime
a C. Caesare alienatus est; sed eius consulatus omnem uim
4 in coërcitionem ambitus exercuit. quo tempore P. Clodius
a Milone candidato consulatus exemplo inutiliter facto *sed*
salutari rei publicae circa Bouillas contracta ex occursu
rixa iugulatus est. Milonem reum non magis inuidia facti
5 quam Pompei damnauit uoluntas; quem quidem M. Cato
palam lata absoluit sententia: qui si maturius tulisset, non
defuissent qui sequerentur exemplum probarentque eum
ciuem occisum, quo nemo perniciosior rei publicae neque
bonis inimicior uixerat.

48 Intra breue deinde spatium belli ciuilis exarserunt initia, cum iustissimus quisque et a Caesare et a Pompeio uellet

3 gestae *A* : *om. P, sed fuisse in Murbacensi testatur Burer*   4 id *del., dein suprascr.* n̄i *A*   ~~sit fuerit~~ fuerit *A* (*sic*)   septimo (*sic*) *AP*: quarto *Laurent, corruptum* VII *ex* IIII *ratus*   5 Gallis *A*   6 ex inuidia Ponti et Camiliae (ac C. *P*) coherentis (cohaer. *P*) *AP* : potentiae male cohaer. *Lipsius*   cum illa aegre *scripsi*   14 ueluti *P*   16 coercitionem *B* : coertionem *AP*: coercitione *Cludius* exercuit *AP*   17 exemplo inutiliter facto salutari *AP*, *quod tuitus est G. A. Koch* : ex. inutili, facto sal. *Gelenius* : ex. inutili sed facto sal. *Vrsinus* : ex. inutili, ceterum f. salutari *Heinsius* : ex. inutiliter, facto salutariter *Halm*   19 raum *legere mihi uisus sum in A*   23 pernit. *A*

dimitti exercitus; quippe Pompeius in secundo consulatu
Hispanias sibi decerni uoluerat easque per triennium absens
ipse ac praesidens urbi per Afranium et Petreium, consu-
larem ac praetorium, legatos suos, administrabat et iis, qui
a Caesare dimittendos exercitus contendebant, *adsentabatur*,
iis, qui ab ipso quoque, aduersabatur. qui si ante biennium, 2
quam ad arma itum est, perfectis muneribus theatri et
aliorum operum, quae ei circumdedit, grauissima temptatus
ualetudine decessisset in Campania (quo quidem tempore
uniuersa Italia uota pro salute eius primi omnium ciuium
suscepit), defuisset fortunae destruendi eius locus et, quam
apud superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset
ad inferos. bello autem ciuili et tot, quae deinde per 3
continuos XX annos consecuta sunt, malis non alius maiorem
flagrantioremque quam C. Curio tribunus pl. subiecit facem,
uir nobilis, eloquens, audax, suae alienaeque et fortunae et
pudicitiae prodigus, homo ingeniosissime nequam et facun-
dus malo publico, cuius animo [uoluptatibus uel libidinibus] 4
neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent. hic
primo pro Pompei partibus, id est, ut tunc habebatur, pro
re publica, mox simulatione contra Pompeium et Caesarem,
sed animo pro Caesare stetit. id gratis an accepto centiens
sestertio fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. ad 5
ultimum saluberrimas † et coalescentis condiciones pacis,

2 in *del. ante* Hispanias *A* 3 Afrannium *P*: Africanium *B*: Africanum *A* 5 adsentabatur *P*: *om. A* '*Puto suppletum esse a Rhenano*' *Orelli*: assentiebatur *Vascosanus et Lipsius* 6 is *A* ab ipso quoque *BA*: dimittendos ab ipsoque *P* 7 meribus *legisse Bernardinum Rutilium* '*in suo codice*' *testatus est Vrsinus Fragm. Hist. p.* 415, *unde ipse ad* 130. 1 *coniecit* moenibus. *Sed et illic usurpauit V.* munera Pompei 8 tentatus *P* 10 primo *AP*, *em. Vascosanus, et sic Perizonius Animadu. Hist. p.* 346 11 eius destruendi eius *A* (*sic*) 12 aput *A* 14 xx *A*: $\overline{\text{xx}}$. *P* 15 TR· PL· *A* 16 uir] Vñ *A prius* 18 cuius *Gelenius*: huius *AP* uolupt. uel libid. *glossa uidetur esse, nisi forte excidit participium* obruto *uel aliud eiusmodi, cf. Novák p.* 66 22 Caesare restitit *AP*, *geminatis litteris* re 23 sexcenties *Lipsius ex App. B. C.* ii. 26, *Val. Max.* ix. 1. 6: sextertio *A*: S-H *P* 24 et *del. Gelenius*: *fortasse* etiam *h. e.* etiamnum

quas et Caesar iustissimo animo postulabat et Pompeius aequo recipiebat, discussit ac rupit, unice cauente Cicerone concordiae publicae. harum praeteritarumque rerum ordo cum iustis aliorum uoluminibus promatur, tum, uti spero,
6 nostris explicabitur. nunc proposito operi sua forma reddatur, si prius gratulatus ero Q. Catulo, duobus Lucullis Metelloque et Hortensio, qui, cum sine inuidia in re publica floruissent eminuissentque sine periculo, quieta aut certe non praecipitata fatali ante initium bellorum ciuilium morte functi sunt.

49 Lentulo et Marcello consulibus post urbem conditam annis † DCCIII, et annos LXXVIII ante, quam tu, M. Vinici,
2 consulatum inires, bellum ciuile exarsit. alterius ducis causa melior uidebatur, alterius erat firmior: hic omnia speciosa, illic ualentia: Pompeium senatus auctoritas, Caesarem militum armauit fiducia. consules senatusque causae, non Pompeio summam imperi detulerunt.
3 nihil relictum a Caesare, quod seruandae pacis causa temptari posset, nihil receptum a Pompeianis, cum alter consulum iusto esset ferocior, Lentulus uero salua re publica saluus esse non posset, M. autem Cato moriendum ante, quam ullam condicionem † ciuis accipiendam rei publicae contenderet, uir antiquus et grauis Pompei partes laudaret magis, prudens sequeretur Caesaris et illa gloriosa, illa

2 kauente *A* : fauente *Madvig* 4 iustius *AP*, *em. Gelenius, cf.* 119. 1 9 praecipitata ciuitate *Ruhnken* : praecipiti ciuitate *Madvig* 11 COSS. *P* : CN. *A* 12 annis *AP* : a· CC· III *AB* : ACCIII *P*, *correxit Gelenius* 15 spet. *A* 17 non *AP* : nomine *Gronov ad Stat. S.* iii. 3. *p.* 336 *ed. Hand. Sed cf. Lucan* v. 14 non Magni partes, sed Magnum in partibus esse 19 temptari *A prius, post* tentari, *quod habet et P* altero *AP* 20 COS. *A* : COS. *P* : cum alter consulum *Halm* 21 saluus *del., dein suprascr.* cum saluus *A* 22 conditionem *(sic) A omisit in textu, add. in marg.* ciuis *AP* : cuiusuis *Ruhnken* : *num* cum ciue? 23 *post* contenderet *uulgo Cuperum secuti plene interpungunt* : *mihi uidetur clausula* uir . . . duceret *artius cum praecedentibus cohaerere quam ut ab iis distrahatur* 24 illa . . . illa *A* : illa . . . haec *P* gloriosa *AP* : gloriosiora *Cuper*

terribiliora duceret. ut deinde spretis omnibus quae Caesar 4 postulauerat, tantummodo contentus una legione titulum ne retineret prouinciae, priuatusque in urbem ueniret et se in petitione consulatus suffragiis populi Romani committeret decreuere, ratus bellandum Caesar cum exercitu Rubiconem transiit. Cn. Pompeius consulesque et maior pars senatus relicta urbe ac deinde Italia transmisere Dyrrachium.

At Caesar Domitio legionibusque, Corfini quae una cum 50 eo fuerant, potitus, duce aliisque, qui conuenerant abire ad Pompeium, sine dilatione dimissis, persecutus Brundisium ita ut appareret malle integris rebus et condicionibus finire bellum quam opprimere fugientis, cum transgressos repperisset consules, in urbem reuertitur redditaque ratione consiliorum 2 suorum in senatu et in contione ac miserrimae necessitudinis, cum alienis armis ad arma compulsus esset, Hispanias petere decreuit. festinationem itineris eius aliquamdiu 3 morata Massilia est, fide melior quam consilio prudentior, intempestiue principalium armorum arbitria captans, quibus hi se debent interponere, qui non parentem coercere possunt. exercitus deinde, qui sub Afranio consulari ac Petreio 4

2 cum una legione ne (*om. P*) titulum retinere p. *AP*. *Vide Comm. Crit.* 3 priuatusque *AP*: priuatus *Gelenius*: priuatus ut *Mommsen*: que . . . et '*particulas inter se respondentes agnoscere par est*' *Thomas p.* 12: *sed dubito* uenire *AP*: *correxi* 4 committere *AP*, *corr. Gelenius* 5 decreuere *AP*, *sed Burer adnotauit* '*ex. uet. sic habet ut legendum existimem* decreuerat.' *Itaque parenthesin fecerat ille* tantummodo . . . decreuerat. *ex hoc autem infinitiuos* uenire . . . committere *pendere fecerat* 8 Dyrachium *A*, *et sic* 51. 1 9 legionibusque Corfini quae *P*: legionibusque Corfini *A*: legionibusque quae Corf. *Baiter* 10 conuenerant *scripsi*: uenerant *AP*: uoluerant *Gelenius* 11 Brundusium *AP* 13 fugientis *A* reper. *AP* 14 consules *A* reuertitur *A ut* 40. 2, 42. 3: reuertit *P* 15 in (? ut) senatu ^et^ in contione *A*, *ut omissum a m. pr. fuerit* et 17 aliquādiu ~~inortā~~ morata Massiliā *A* (*sic*) *sed utrisque ~ inductis*: aliquandiu *P* 20 hisce *A* 21 Africanio '*erasis i et c*' *Burer*: Africano *AP*: Afranio *Burer coni.* Præteio *A*

praetorio fuerat, ipsius aduentus uigore ac fulgore occupatus se Caesari tradidit; utrumque legatorum et quisquis cuiusque ordinis sequi eos uoluerat, remisit ad Pompeium.

51 Proximo anno dum Dyrrachium ac uicina ei urbi regio
castris Pompei retinetur, qui accitis ex omnibus transmarinis
prouinciis legionibus, equitum ac peditum auxiliis, regumque
et tetrarcharum simulque dynastarum copiis inmanem exer-
citum confecerat et mare praesidiis classium, ut rebatur,
saepserat, quo minus Caesar legiones posset transmittere,
2 sua et celeritate et fortuna C. Caesar usus nihil in mora
habuit, quo minus et cum uellet ipse exercitusque classibus
perueniret, et primo paene castris Pompei sua iungeret, mox
etiam obsidione munimentisque eum complecteretur. sed
3 inopia obsidentibus quam obsessis erat grauior. tum Balbus
Cornelius excedente humanam fidem temeritate ingressus castra hostium saepiusque cum Lentulo collocutus consule, dubitante quanti se uenderet, illis incrementis fecit uiam, quibus non Hispaniensis natus, sed Hispanus, in triumphum et pontificatum adsurgeret fieretque ex priuato consularis. uariatum deinde proeliis, sed uno longe magis Pompeianis prospero, quo grauiter impulsi sunt Caesaris milites.

52 Tum Caesar cum exercitu fatalem uictoriae suae Thes-
2 saliam petiit. Pompeius, longe diuersa aliis suadentibus,
quorum plerique hortabantur, ut in Italiam transmitteret

1 aduentu *AP*: aduentus *Gelenius* 2 utrumque *scripsi*: uterque *AP* 3 remisit *AP* 4 cum *AP*: dum *scripsi* Dyrachium *A* uicina *P*: uicinia *AB* 5 Pompeiò (*sic*) *fuisse in Murbacensi, puncto deletili suprascripto, testatur Burer*: Pompei *A*: Pompeio *P* cum obtineretur *Heinsius*: *sed* retinetur *est in ABP* et *suprascr.* ex *A* 7 et *add. Gelenius* tetarcharum *AB* simul *A*: simulque *PB* 8 praesidii dis *A* uirebatur *P et A, sed hic suprascripto* ut rebatur, *quod Rhenanus coni.* 9 sepserat *A* 11 et quo *Acidalius*: eo quo *Halm* (eo *iam Voss*) 14 obsessis erat *P*: obsesserat *A* 16 conl. *AP* consule *A*: COS. *P* 18 Hispaniensis *Lipsius*: Hispaniae Asiae *AP*: Hispanae prosapiae *Thomas. Burer adnotauit 'mihi legendum uidetur* non Hispaniae suae natus': non Romanus in Hispania natus *Novák*

(neque hercules quidquam partibus illis salubrius fuit), alii,
ut bellum traheret, quod dignatione partium in dies ipsis
magis prosperum fieret, usus impetu suo hostem secutus est.
aciem Pharsalicam et illum cruentissimum Romano nomini 3
diem tantumque utriusque exercitus profusum sanguinis et
collisa inter se duo rei publicae capita effossumque alterum
Romani imperi lumen, tot talisque Pompeianarum partium
caesos uiros non recipit enarranda hic scripturae modus.
illud notandum est: ut primum C. Caesar inclinatam uidit 4
Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam
habuit, quam *ut* incolumis partis, ut militari uerbo ex
consuetudine utar, dimitteret. pro dii inmortales, quod 5
huius uoluntatis erga Brutum suae postea uir tam mitis
pretium tulit! nihil *in* illa uictoria mirabilius, magnificentius, 6
clarius fuit, quam quod neminem nisi acie consumptum
ciuem patria desiderauit: sed munus misericordiae corrupit
pertinacia, cum libentius uitam uictor iam daret, quam uicti
acciperent.

Pompeius profugiens cum duobus Lentulis consularibus **53**
Sextoque filio et Fauonio praetorio, quos comites ei fortuna
adgregauerat, aliis, ut Parthos, aliis, ut Africam peteret,

1 illius *Burmann* 2 quod dignationi partium (partem *B*) in dies (in die *B*) ipsus (*corr. ex* ipsis *A*, ipsis *P*, ipsiis *B*) magis prosperum fieret *ABP*: '*ego legendum* ipsi *puto, ut ad Pomp. referatur*' *Burer* *uulgo edunt* q. dignatione partium in dies ipsis m. pr. fieret. *Scribendum suspicor* ipsiusque *uel* ipsique, *dein pro* fieret *id quod coni. Cludius* foret 4 Romano *P*: Romani *BA*: Romani nominis *coni. Burer* 6 conlisa *Gelenius*: consilio *AP* 7 talesque *AP* 8 recepit *an* recipit *A dubito* enarranda *P*: enarrandae *A*, *fortasse recte* 11 ut *add. Gelenius* incolumis partis *scripsi*: in omnes (-neis *P*) partes *AP*, *quo seruato Kritz suppleuit ex Suet. Caes.* 75, *App.* ii. 80, *Flor.* iv. 2. 50 qui proclamarent ut ciuibus parceretur uerbo *A*: et uerbo *P* ex *Lipsius*: et *AP* 12 *post* dimitteret *add.* caduceatores *Wilhelm* Proh *A* imm. *AP* 13 suae *om. A* post eam *AP*, *em. Rhenanus* 14 precium *A* in illa . . . quam quod *Haase*: illa . . . quando *AP* 16 corrumpit *AP*, *em. Rhenanus* 17 pertinatia *A* uitā (*corr. in* uitam) uictoriā ~~daret~~ dare *A* (*sic*): uictoriam dare *P*: uitam uictor iam daret *Burer*

in qua fidelissimum partium suarum haberet regem Iubam,
suadentibus, Aegyptum petere proposuit memor benefi-
ciorum, quae in patrem eius Ptolemaei, qui tum puero quam
2 iuueni propior regnabat Alexandriae, contulerat. sed quis
in aduersis beneficiorum seruat memoriam? aut quis ullam
calamitosis deberi putat gratiam? aut quando fortuna non
mutat fidem? missi itaque ab rege, qui uenientem Cn.
Pompeium (is iam a Mytilenis Corneliam uxorem receptam
in nauem fugae comitem habere coeperat) consilio Theodoti
et Achilli exciperent hortarenturque, ut ex oneraria in eam
nauem, quae obuiam processerat, transcenderet: quod cum
fecisset, princeps Romani nominis imperio arbitrioque
Aegyptii mancipii C. Caesare P. Seruilio consulibus iugulatus
3 est. hic post tres consulatus et totidem triumphos domi-
tumque terrarum orbem sanctissimi atque praestantissimi
uiri in id euecti, super quod adscendi non potest, duode-
sexagesimum annum agentis pridie natalem ipsius uitae fuit
exitus, in tantum in illo uiro a se discordante fortuna, ut
cui modo ad uictoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam.
4 quid aliud quam nimium occupatos dixerim, quos in aetate
et tanti et paene nostri saeculi uiri fefellit quinquennium?
cum a C. Atilio et Q. Seruilio consulibus tam facilis esset
annorum digestio. quod adieci, non ut arguerem, sed ne
arguerer.

54 Non fuit tamen maior in Caesarem, quam in Pompeium
fuerat, regis eorumque quorum is auctoritate regebatur
fides. quippe cum uenientem eum temptassent insidiis ac

1 in quo *AP* *corr. Gelenius* 3 Ptolomaei *AP* 4 prior *suprascr.* pior *A*, *excidit* ꝓ (pro) quis ~~ullam~~ in *A* (*sic*) 9 ceperat *P* 10 Achili *B*: Achi *A*: Achillae *P* 11 obuiam *om. A* 13 Aegiptii *A* mancipii *AP*, *quod non ausus sum mutare in* mancipi COS *A*: COSS *P* 15 atque *A*: ac *P* 16 uiri *om. A* asc. *AP* duo de sexagessimum *A* 20 aetatem *AP*, *em. Rhenanus* 21 pene *A* seculi *A* 22 A C Atilio *A* et *P*, *om. A* facilis *Gelenius*: felix (fœlix *A*) *AP*: simplex *Haase* 25 tamen maior *Burer*: non maior *AB*: maior *P*: *superfuit ex* tñ *pars tantum posterior* (ñ) 26 auctoritate~~m~~ (*sic*) *A* 27 temtassent *A*: tentassent *P*

deinde bello lacessere auderent, utrique summo imperatori,
alteri superstiti, meritas poenas luere suppliciis. nusquam 2
erat Pompeius corpore, adhuc ubique uiuebat nomine.
quippe ingens partium eius fauor bellum excitauerat Africum, quod ciebat rex Iuba et Scipio, uir consularis, ante
biennium quam exstingueretur Pompeius, lectus ab eo socer, 3
eorumque copias auxerat M. Cato, ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia perductis ad eos legionibus: qui uir cum summum ei a militibus deferretur imperium, honoratiori parere maluit.

Admonet promissae breuitatis fides, quanto omnia trans- 55
cursu dicenda sint. sequens fortunam suam Caesar ut peruectus in Africam est, quam occiso Curione, Iulianarum duce partium, Pompeiani obtinebant exercitus, ibi primo uaria fortuna, mox pugnauit sua, inclinataeque hostium
copiae: nec dissimilis ibi aduersus uictos quam in priores 2
clementia Caesaris fuit. uictorem Africani belli Caesarem grauius excepit Hispaniense (nam uictus ab eo Pharnaces uix quidquam gloriae eius adstruxit), quod Cn. Pompeius, Magni filius, adulescens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflauerat, undique ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium ex toto orbe terrarum
auxiliis confluentibus. sua Caesarem in Hispaniam comi- 3
tata fortuna est, sed nullum umquam atrocius periculosiusque ab eo initum proelium, adeo ut plus quam dubio Marte descenderet equo consistensque ante recedentem suorum

1 summo imperatori *Cludius*: summo imperatorum *AP*: summorum *Mommsen* 2 *ante* alteri *Lipsius supplebat* alteri mortuo, *Orelli* mortuo alteri 3 uiuebat *Lipsius*: iubae *suprascr.* uiuo *A*: Iubae *P*: *uocabulum del. Scriner*: *fort.* uiuos 6 ext. *AP* socer *BA*: sacer *P* 8 locorumque] aquarumque *Raphelengius* 9 a militibus *BA*: ambitus *P* 10 parere *Burer*: parare *P*: parari *A*: pareri *Orelli* 11 quando *A* 12 sunt *A* ut peruectus *scripsi*, *cf.* 50. 2 in peruectus *A*: peruectus *P* 13 est *Orelli*: et *A*: *om.* *P* *Vide Comm. Crit.* 15 fortuna, mox p. sua *Acidalius et Lipsius*: fortunam expugnauit uia *AP* 17 Africi *Novák*, *cf.* 54. 2, 55. 2, 129. 4 C. Caesarem *P* 23 comitata ~~est~~ fortuna est *A* (*sic*): *num* c. est fortuna?

aciem, increpata prius fortuna, quod se in eum seruasset exitum, denuntiaret militibus uestigio se non recessurum: proinde uiderent, quem et quo loco imperatorem deserturi
4 forent. uerecundia magis quam uirtute acies restituta, et a duce quam a milite fortius. Cn. Pompeius grauis uulnere inuentus inter solitudines auias interemptus est; Labienum Varumque acies abstulit.

56 Caesar omnium uictor regressus in urbem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui contra se arma tulerant, ignouit, magnificentissimisque gladiatorii muneris, naumachiae et equitum peditumque, simul elephantorum certaminis spectaculis epulique per multos dies dati celebratione repleuit
2 eam. quinque egit triumphos: Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit. pecunia ex manubiis
3 lata paulo amplius sexiens miliens sestertium. neque illi tanto uiro et tam clementer omnibus [uictoriis suis] uso plus quinque mensium principalis quies contigit. quippe cum mense Octobri in urbem reuertisset, idibus Martiis, coniurationis auctoribus Bruto et Cassio, quorum alterum promittendo consulatum non obligauerat, contra differendo Cassium offenderat, adiectis etiam consiliariis caedis familiarissimis omnium et fortuna partium eius in summum euectis fastigium, D. Bruto et C. Trebonio aliisque clari nominis
4 uiris, interemptus est. cui magnam inuidiam conciliarat

1 increpata *A* 4 restituta et a *Orelli* (restitutae et *iam Ruhnken*): restitutae C. A. *B*: restitutae sunt a *AP*: restitutae sunt a duce quam a milite potius *Mommsen*: restituta et certatum a. d. q. a. m. fortius *Scriner* 5 grauis *om. A*: *sed* graui *sinistro margine additum* 10 magnificentissimisque *A et sic legendum praecepit Burer*: que *om. P* 14 Afri *A* 15 Hespaniensis *uisum est potius in A* 16 sexies milies *P*: sextertium *A*: S-H *P*: sexagies *Hotoman* 17 tanto uiro *om. A* uictoribus suis uso *B*, *quod Gelenius in* uictoriis suis *mutauit*: uictoribus suis *om. AP*: '*Patet duo uocabula* [uictoribus suis] *uel inter uersus fuisse scripta, uel signis additis margini apposita*' *Kritz*: *ea delebat G. A. Koch* 20 coniurationis *P*: coniurationib. *A* 23 reuectis *AP* 24 Tribonio *P*: Tribonio (*non* Tribonio) *A*

M. Antonius, omnibus audendis paratissimus, consulatus
collega, imponendo capiti eius Lupercalibus sedentis pro
rostris insigne regium, quod ab eo ita repulsum erat, ut
non offensus uideretur.

Laudandum experientia consilium est Pansae atque Hirti, 57
qui semper praedixerant Caesari, ut principatum armis
quaesitum armis teneret: ille dictitans mori se quam timeri
malle, dum clementiam, quam praestiterat, exspectat, incautus
ab ingratis occupatus est, cum quidem plurima ei praesagia
atque indicia dii inmortales futuri obtulissent periculi. nam 2
et haruspices praemonuerant, ut diligentissime iduum Mar-
tiarum caueret diem, et uxor Calpurnia territa nocturno
uisu, ut ea die domi subsisteret, orabat, et libelli coniura-
tionem nuntiantes dati neque protinus ab eo lecti erant.
sed profecto ineluctabilis fatorum uis, cuiuscumque fortu- 3
nam mutare constituit, consilia corrumpit.

Quo anno id ita patrauere facinus, Brutus et Cassius 58
praetores erant, D. Brutus consul designatus: hi una cum 2
coniurationis globo, stipati gladiatorum D. Bruti manu,
Capitolium occupauere. tum consul Antonius (quem cum
simul interemendum censuisset Cassius testamentumque
Caesaris abolendum, Brutus repugnauerat dictitans nihil
amplius ciuibus praeter tyranni—ita enim appellari Caesarem

1 paratissimos consulatos *A*: *sed* consulatos *super lineam* 2 inp. *A* 3 ita . . . offensus *Rhenanus*: id . . . offensum *AP* 5 Hirtii *AP* 7 timeri *ex* timere *A*: timeri *P*: timere *malebat G. A. Koch quod responderet uerbis Plutarchi Caes.* 57 βέλτιόν ἐστιν ἅπαξ ἀποθανεῖν ἢ ἀεὶ προσδοκᾶν *et Suet. Caes.* 86 insidias undique inminentis subire semel satius esse quam cauere semper 8 exp. *AP* 9 plurima ei *Orelli*: plurimi *B, et A m. sec. ut mihi uisum est*: plurima *P A quid habuerit a m. prima uix dignoscas* 10 imm. *AP* 11 diligentissimae *A* 13 orarat *Halm* cō iu rationem *A* 14 nunciantis *A* ab eo neque protinus *P*: dilati ab eo n. p. l. *Heinsius prob. Bentl.* 15 cuiuscumque *Gelenius*: cuius cum (quom *P*) *ABP* 16 *ante* constituit *deletum est in A* uoluit 17 id ita *scripsi*: id id *A*: id *P*: illud *Lion* M. *ante* Brutus *add. Heinsius prob. Bentl.* Cassius *Stanger*: C. Cassius *AP* 18 cos *A*: COS. *P* 20 tum *Haase*: cum *P*: CVM *A* cos *A*: COS. *P* 21 interem. *A m. pr. ut mihi uisum est*: interim. *P* 23 apellari *A*

facto eius expediebat—petendum esse sanguinem) conuocato
3 senatu, cum iam Dolabella, quem substituturus sibi Caesar
designauerat consulem, fascis atque insignia corripuisset
consulis, uelut pacis auctor liberos suos obsides in Capi-
tolium misit fidemque descendendi tuto interfectoribus
4 Caesaris dedit. et illud decreti Atheniensium celeberrimi
exemplum, relatum a Cicerone, obliuionis praeteritarum
rerum decreto patrum comprobatum est.

59 Caesaris deinde testamentum apertum est, quo C. Octa-
uium, nepotem sororis suae Iuliae, adoptabat. de cuius
2 origine, etiam si praeueniet, pauca dicenda sunt. fuit C.
Octauius ut non patricia, ita admodum speciosa equestri
genitus familia, grauis, sanctus, innocens, diues. hic praetor
inter nobilissimos uiros creatus primo loco, cum ei dignatio
Iulia genitam Atiam conciliasset uxorem, ex eo honore
sortitus Macedoniam appellatusque in ea imperator, dece-
dens ad petitionem consulatus obiit praetextato relicto filio.
3 quem C. Caesar, maior eius auunculus, educatum apud
Philippum uitricum dilexit ut suum, natumque annos XVIII
Hispaniensis militiae adsecutum se postea comitem habuit,
numquam aut alio usum hospitio quam suo aut alio uectum
4 uehiculo, pontificatusque sacerdotio puerum honorauit. et
patratis bellis ciuilibus ad erudiendam liberalibus disciplinis
singularis indolem iuuenis Apolloniam eum in studia
miserat, mox belli Getici ac deinde Parthici habiturus
commilitonem. cui ut est nuntiatum de caede auunculi,

1 esse *om. in textu, super uersum add. A* 2 Dolobella *P* quam substiturus *A* 3 COS. *P* fasces *AP* 4 consulis *A* : COS. *P* 6 Caesaris *om. in textu, super uersum add. A* 11 praeueniet *scripsi* : praeuenit et *AP* : praenitet *Heinsius prob. Bentl.* : per se nitet *Burmann* 12 patritia *A* spetiose *A* 13 praeter *A* 15 iuliā ~~Ati~~ genitam Atiam *A* : Iulia g. Acciam *P* 16 in eam *AP*, *em. Gelenius* 19 XVII *Oudendorp* 21 nunquam *A* 23 patratis *Aldus* : paratis *AP* : peractis *Gelenius* ad erudiendum s. indolis iuuenem *Vascosanus et sic Bentley* erudiendam *A* : erudiendum *P* 25 Getici *A* : Gethici *P* 26 nunciatum *A*

cum protinus ex uicinis legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur neque eam spernendam Saluidienus et Agrippa dicerent, ille festinans peruenire in urbem omnem ordinationem et necis et testamenti Brundisii comperit. 5 cui aduentanti Romam inmanis amicorum occurrit frequentia, et cum intraret urbem, solis orbis super caput eius curuatus aequaliter rotundatusque in † colorem arcus uelut coronam tanti mox uiri capiti imponens conspectus est. 6

Non placebat Atiae matri Philippoque uitrico adiri † nomen inuidiosae fortunae Caesaris, sed adserebant salutaria rei publicae terrarumque orbis fata conditorem conseruatoremque Romani nominis. 60 spreuit itaque caelestis animus humana consilia et cum periculo potius summa quam tuto humilia proposuit sequi maluitque auunculo et Caesari de se quam uitrico credere, dictitans nefas esse, quo nomine Caesari dignus esset uisus, sibimet ipsum indignum uideri. 2 hunc protinus Antonius consul superbe excepit (neque is erat contemptus, sed metus) uixque admisso in Pompeianos hortos loquendi secum tempus dedit, mox etiam uelut insidiis eius petitus sceleste insimulare coepit, in quo turpiter deprensa eius uanitas est. 3 aperte deinde Antoni ac Dolabellae consulum ad nefandam dominationem erupit furor. 4 sestertium septiens miliens, depositum a C. Caesare ad aedem Opis, occupatum ab Antonio, actorum eiusdem

1 suam *Gelenius*: suas *AP* 2 pollicentur *BA*: pollicerentur *P*, *credo*, *ex emend. Rhenani* 4 ordinem ac rationem *Muncker* Brundusii *AP* 6 et cum intraret urbem *om. in textu*, *add. in marg. A* 7 rutilatus *G. A. Koch*: radiatus *Wilhelm* in morem arcus *Bothe*: in circulum arcus *Halm*: *cf. Sen. Nat. Qu* i. 2. 1 memoriae proditum est, quo die urbem diuus Augustus Apollonia reuersus intrauit, circa solem uisum coloris uarii circulum, qualis esse in arcu solet: uersicolorem arcum *Herel* 8 inp. *A* 10 inuidiosum *Scriner* 12 spræuit *A* 15 cedere *AP*, *em. Gelenius* 16 sibimet *Vrsinus et Bentley*: semet *AP* indignum[β] uideri[α] *A Retinui ordinem qui fuit ante scriptas β α litteras, quibus inuertendum eum esse significauit Amerbach* uideri indignum *P* 17 COS *A*: COS. *P* excipit *AP*, *em. Cludius* 21 deprehensa *AP* Antonii *AP* 23 sestertium septiens *A*: S-H septies *P* milies *AP*

insertis falsis ciuitatibus *inmunitatibus*que corrupti com-
mentarii atque omnia pretio temperata, uendente rem
5 publicam consule. idem prouinciam D. Bruto designato
consuli decretam Galliam occupare statuit, Dolabella trans-
marinas decreuit sibi ; interque naturaliter dissimillimos ac
diuersa uolentis crescebat odium, eoque C. Caesar iuuenis
cotidianis Antoni petebatur insidiis.

61 Torpebat oppressa dominatione Antoni ciuitas : indignatio
et dolor omnibus, uis ad resistendum nulli aderat, cum
C. Caesar XVIIII annum ingressus, mira ausus ac summa
2 consecutus, priuato consilio maiorem senatu pro re publica
animum habuit primumque a Calatia, mox a Casilino uete-
ranos exciuit paternos : quorum exemplum secuti alii breui
in formam iusti coiere exercitus. mox cum Antonius occur-
risset exercitui, quem ex transmarinis prouinciis Brundisium
uenire iusserat, legio Martia et quarta cognita et senatus
uoluntate et tanti iuuenis indole sublatis signis ad Caesarem
se contulerunt. eum senatus honoratum equestri statua,
3 quae hodieque in rostris posita aetatem eius scriptura
indicat (qui honor non alii per CCC annos quam L. Sullae
et Cn. Pompeio et C. Caesari contigerat), pro praetore una
cum consulibus designatis Hirtio et Pansa bellum cum
4 Antonio gerere iussit. *id* ab eo annum agente uicesimum

1 ciuitatibusque *AP* : ciuitatibus inmunitatibusque *scripsi. Iam Perizonius putauerat* immunitatibus *uel simile quid ante* ciuitatibusque *excidisse* corrupti commentarii *Ruhnken* : corruptis commentariis *AP* : insertis falsis uitiatisque corrupti commentarii *Cludius* 2 temerata *Heinsius prob. Bentl.* : emptitata *Cornelissen* 3 consule *A* : COS. *P* 4 COS. *AP* occuparet *A* Dolabella *AP* 5 dissimilimos *A* 7 *et* 8 Antonii *AP* 8 Torquebatur *Warburton* 10 XVIIII *A* : XVIIII. *P* 12 Galatia *AP* : Calatia *Gelenius* : *cf. Cic. Att.* xvi. 8 *init.* ueteranos quiqui Calatiae et Casilini sunt perduxit ad suam sententiam 13 breui *BA* : in breui *P* 14 in formam i. coiere *P*, *ex Rhenani emendatione, ut uidetur* in forma i. coire *BA* 15 Brundusium *AP* 16 Martio *A* 18 senatum *A* æquestri *A* 19 in *del. ante* striptura (*sic*) *A* 20 CCC *A* : CCC. *P* 21 Cn.] C. *A* pro praetore *Sigonius ad Liu. Epit.* 118 : pro P. R. *AP* 23 id *add. Gelenius*

fortissime circa Mutinam administratum est et D. Brutus obsidione liberatus. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiam, consulum autem alter in acie, alter post paucos dies ex uulnere mortem obiit.

Omnia ante quam fugaretur Antonius honorifice a senatu 62
in Caesarem exercitumque eius decreta sunt maxime auctore Cicerone; sed ut recessit metus, erupit uoluntas protinusque Pompeianis partibus rediit animus. Bruto Cassioque pro-
uinciae, quas iam ipsi sine ullo senatus consulto occupaue- 2
rant, decretae, laudati quicumque se iis exercitus tradidissent, omnia transmarina imperia eorum commissa arbitrio.
quippe M. Brutus et C. Cassius, nunc metuentes arma 3
Antoni, nunc ad augendam eius inuidiam simulantes se metuere, testati edictis libenter se uel in perpetuo exilio uicturos, dum rei publicae constaret concordia, nec ullam belli ciuilis praebituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui, profecti urbe atque Italia, intento †ac pari animo sine auctoritate publica prouincias exercitusque occupauerant et, ubicumque ipsi essent, praetexentes esse rem publicam, pecunias etiam, quae ex transmarinis prouinciis Romam ab quaestoribus deportabantur,
a uolentibus acceperant. quae omnia senatus decretis com- 4
prensa et comprobata sunt et D. Bruto, quod alieno beneficio uiueret, decretus triumphus, Pansae atque Hirti
corpora publica sepultura honorata, Caesaris adeo nulla 5
habita mentio, ut legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur summoto eo milites alloqui. non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus: nam cum eam iniuriam dissimulando Caesar ferret, negauere milites sine

1 est et *P*: esset *A* 4 uolnere *AP* 10 se hiis se *A*: his se *P*: se iis et *Orelli*: *an* his sese? 11 cōmissa *A* imperio *A*, *unde Halm coni.* omnia transmarina eorum c. imperio 13 Antonii *AP* 15 reip. *Gelenius*: resp. *AP* 18 ac pari *AP*, *malim* nec dispari 22 auolantibus *A* 23 D.] Decio *A* 24 Hirtii *AP* 27 adloqui *AP* 29 Caesar *Gelenius*: Caesari *AP*: Caesar ipse *Halm*

6 imperatore suo ulla se audituros mandata. hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompeianarum partium Caesarem laudandum et tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intellegi uellet.

63 Interim Antonius fuga transgressus Alpis, primo per colloquia repulsus a M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Caesaris locum furto creatus decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur, mox saepius in conspectum ueniens militum (cum et Lepido omnes imperatores forent meliores et multis Antonius, dum erat sobrius), per auersa castrorum proruto uallo *a* militibus receptus est: qui titulo imperi cedebat Lepido, cum summa uirium penes eum
2 foret. sub Antoni ingressum in castra Iuuentius Laterensis, uir uita ac morte consentaneus, cum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, inritus
3 consili gladio se ipse transfixit. Plancus deinde dubia, id est sua fide, diu quarum esset partium secum luctatus ac sibi difficile consentiens, et nunc adiutor D. Bruti designati consulis, collegae sui, senatuique se litteris uenditans, mox eiusdem proditor, Asinius autem Pollio firmus proposito et Iulianis partibus fidus, Pompeianis aduersus, uterque exercitus tradidere Antonio.

64 D. Brutus desertus primo a Planco, postea etiam insidiis eiusdem petitus, paulatim relinquente eum exercitu fugiens in hospitis cuiusdam nobilis uiri, nomine Cameli, domo ab iis, quos miserat Antonius, iugulatus est iustissimasque
2 optime de se merito uiro C. Caesari poenas dedit, cuius

3 aliut . . . aliut *A* 4 intelligi *AP* 5 Alpes *AP* 6 conl. *AP* qui pont. max. *om. A* 8 sepius *A* 9 Læpido *A* 10 auersam *AP*: partem *Aldus*, portam *Vrsinus suppleuit*: auersa *Gelenius, quod defendit Kritz ex Liu.* v. 29. 5, *Plin. H. N.* vi. 18 11 proruto *Gelenius*: proruta *AP* a *add. Heinsius* 12 imperii *AP* 14 accerrime *A* 16 consilii *AP* 19 consulis *A*: COS. *P* se *supra uersum A* 23 prio *A* postea *A*: post *P* 25 hospitiis *A* Camilli *Cludius ex App. b. civ.* 3, 98 ab his *AP*

cum primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit et
fortunae, ex qua fructum tulerat, inuidiam in auctorem
relegabat censebatque aequum, quae acceperat a Caesare,
retinere, Caesarem, qui illa dederat, perisse. haec sunt
tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus aeternas 3
Antoni memoriae inussit notas, sed hic fulgentissimo et
caelesti ore, at tribunus Cannutius canina rabie lacerabat
Antonium. utrique uindicta libertatis morte stetit; sed 4
tribuni sanguine commissa proscriptio, Ciceronis uelut
satiato Antonio paene finita. Lepidus deinde a senatu
hostis iudicatus est, ut ante fuerat Antonius.

Tum inter eum Caesaremque et Antonium commercia 65
epistularum et condicionum facta mentio, cum Antonius † et
subinde Caesarem admoneret, quam inimicae ipsi Pompei-
anae partes forent et in quod iam emersissent fastigium et
quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur,
denuntiaretque se cum Bruto Cassioque, qui iam decem et
septem legionum potentes erant, iuncturum uires suas, si
Caesar eius adspernaretur concordiam, diceretque plus
Caesarem patris quam se amici ultioni debere. tunc inita 2
potentiae societas et hortantibus orantibusque exercitibus

1 *post* cum *deletum est in A* fuisset primis *P*: in primis *Heinsius* 4 quia illa *AP* perisse *uel* perire *Rhenanus*: perist (per isthaec) *A*: peris (peris. Haec) *P*: perire. Sed haec *Halm* 5 Tulius *A* 6 Antonii *AP* ~~notas~~ inussit notas *A* (*sic*) et scelestiore *A* 7 At *A* canina *Ruhnken*: continna *A*: continua *P* 9 prostriptio Ciceıonis *A*, *sed* β *super* proscr. α *super* Cicer. *additis* uelut *Puteanus*: uel *AP*, *quod frustra defendit Scriner*: ut *Halm* 10 pene *A*: poena *P*: paene *etiam Bentley* 12 quæ *pro* que *A* commertia *A* 13 conditionum *A* '*post* epistularum *excidisse arbitror* inita' *Novák* iacta *AP*: '*mihi uidetur leg.* facta mentio' *Burer* Ant. subinde C. admoneret, et quam *Bipont*: et *a legitimo ordine deflexum putabat Kritz, qualia saepe inueniuntur apud Thucydidem* 18 vii *A* iuncturam *A* 19 asp. *AP*: adiceretque *Herel* 20 ultione amici *A*, *sed* β *super* ult. α *super* amici *additis*. *In A prius fuisse* ultioni *non adseuerarim, quamquam Orellio sic uisum est*: amici ultione *P* debere. tunc (*uel* tum) *Burer*: debere. tūc *suprascr.* deberetur *A*: debere*tur *P*: debere igitur *Rhenanus*, *sed Velleium* igitur *in principio enuntiati non ponere Novák et ante eum Kreyssig ostenderunt*

inter Antonium etiam et Caesarem facta adfinitas, cum esset
priuigna Antoni desponsata Caesari. consulatumque iniit
Caesar pridie quam uiginti annos impleret decimo Kal. Octo-
bris cum collega Q. Pedio post urbem conditam abhinc annis
† DCCVIIII, ante LXXII, quam tu, M. Vinici, consulatum inires.
3 uidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter captiuos
Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem prae-
textam iungentem praetoria. idem hic postea triumphauit.

66 Furente deinde Antonio simulque Lepido, quorum uter-
que, ut praediximus, hostes iudicati erant, cum ambo mallent
† sibi nuntiari, quid passi essent, quam quid meruissent,
repugnante Caesare, sed frustra aduersus duos, instauratum
2 Sullani exempli malum, proscriptio. nihil tam indignum
illo tempore fuit, quam quod aut Caesar aliquem proscribere
coactus est aut ab ullo Cicero proscriptus est. abscisaque
scelere Antoni uox publica est, cum eius salutem nemo
defendisset, qui per tot annos et publicam ciuitatis et
3 priuatam ciuium defenderat. nihil tamen egisti, M. Antoni,
(cogit enim excedere propositi formam operis erumpens
animo ac pectore indignatio), nihil, inquam, egisti mercedem
caelestissimi oris et clarissimi capitis abscisi numerando
auctoramentoque funebri ad conseruatoris quondam rei pub-
4 licae tantique consulis inritando necem. rapuisti tum Ciceroni
lucem sollicitam et aetatem senilem et uitam miseriorem

2 desponsata *A* : desponsa *P*, *quod malebat Novák* 3 x. KAL. *A* 4 Octobres *AP* collegaq. Pedio *A* abhinc *delebat Kritz* 5 DCCVIIII *Gelenius* : a CC VIIII *A* : ACCVIIII *P* LXXII. *A* : LXXII *P* 6 *ante* Ventidium *erasum est in A* M. : P. Ventidium *Halm* 8 praetoriae *Gelenius, ut* 92. 4 10 cum *BA* : quom *P* 11 nuntiare *Vahlen Herm.* xvii. 273 : imputari *Haase, quod Kritz recepit* meruissent *A* : emeruissent *P* : demeruissent *Rhenanus* 12 aduersus duos *om. A* 15 bullo *P* : bell *del., dein* bullo *A* : ab ullo *Rhenanus* abscissaque *A* 16 Antonii · Vox *A* publica audita est *A* : publica est *P* : *fortasse* non iam (*uel* nusquam) audita est *Cf. Corn. Seueri ap. Sen. Suasor.* vi. p. 37 *Bursian* Publica uox saeuis aeternum ommutuit armis *quae de Cicerone dicta sunt* 21 scelestissimi *del., dein suprascr.* cælestissimi *A* abscissi *A* 24 *ante* miseriorem *deletum est in A* mes ///, *sed* mes *in* mis *correctum ante quam deletum esset. Fuerat fortasse* maestiorem

te principe quam sub te triumuiro mortem, famam uero
gloriamque factorum atque dictorum adeo non abstu-
listi, ut auxeris. uiuit uiuetque per omnem saeculorum 5
memoriam, dumque hoc uel forte uel prouidentia uel ut-
cumque constitutum rerum naturae corpus, quod ille paene
solus Romanorum animo uidit, ingenio complexus est,
eloquentia inluminauit, manebit incolume, comitem aeui sui
laudem Ciceronis trahet omnisque posteritas illius in te
scripta mirabitur, tuum in eum factum exsecrabitur citiusque
e mundo genus hominum quam * * * cedet.

Huius totius temporis fortunam ne deflere quidem quis- 67
quam satis digne potuit, adeo nemo exprimere uerbis potest.
id tamen notandum est, fuisse in proscriptos uxorum fidem 2
summam, libertorum mediam, seruorum aliquam, filiorum
nullam: adeo difficilis est hominibus utcumque conceptae
spei mora. ne quid ulli sanctum relinqueretur, uelut in 3
dotem inuitamentumque sceleris Antonius L. Caesarem
auunculum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant; nec
Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater eius Plancus
Plotius proscriberetur. eoque inter iocos militaris, qui 4
currum Lepidi Plancique secuti erant, inter exsecrationem
ciuium usurpabant hunc uersum:

De germanis, non de Gallis duo triumphant consules.

Suo praeteritum loco referatur; neque enim persona 68
umbram actae rei capit. dum in acie Pharsalica † Africaque
de summa rerum Caesar dimicat, M. Caelius, uir eloquio
animoque Curioni simillimus, sed in utroque perfectior nec

1 tribuno *del.*, *dein* triumuiro *A* (*sic*) 5 nature *A* 9 tuum *P*: tum *A* execr. *AP* citius quem (que in *P*) mundo *AP*: citiusque e m. *Laurent*: citiusque m. *Kritz* 10 quam cedet *AP*, *excidit* Ciceronis memoria *uel aliud quid huiusmodi* 11 ne *nonnulla exemplaria P*: nec *BA et alia, credo prius impressa, exempl. P* 13 in *om. A* 14 mediam ∧ *Kritz* (*sic*) *A*, *tamquam aliquid omissum esset* 16 uelut *Gelenius*: uel *AP*: ut *Halm* 20 interio COS militaris *A* 21 execr. *AP* *uerba* inter execr. ciuium *spuria habet Novák* 22 ci ~~uium~~ uium *A* (*sic*) 23 GERMANIS *A* 25 acriter *Haupt speciose sed cf.* 98. 1 dum haec in Pannonia Germaniaque geruntur *num* Phariaque? 27 similimus *A*

minus ingeniose nequam, cum † in modica quidem seruari
2 posset (quippe peior illi res familiaris quam mens erat), in
praetura nouarum tabularum auctor extitit nequiitque senatus
* et auctoritate consulum deterreri; accito etiam Milone
Annio, qui non impetrato reditu Iulianis partibus infestus
erat, in urbe seditionem, in agris haud occulte bellicum
tumultum mouens, primo summotus a re publica, mox
consularibus armis auctore senatu circa Thurios oppressus
3 est. incepto pari similis fortuna Milonis fuit, qui Compsam
in Hirpinis oppugnans ictusque lapide tum P. Clodio, tum
patriae, quam armis petebat, poenas dedit, uir inquies et
4 ultra fortem temerarius. quatenus autem aliquid ex omissis
peto, notetur inmodica et intempestiua libertate usos
aduersus C. Caesarem Marullum Epidium Flauumque
Caesetium tribunos pl., dum arguunt in eo regni uoluntatem,
5 paene uim dominationis expertos. in hoc tamen saepe
lacessiti principis ira excessit, ut censoria potius contentus
nota quam animaduersione dictatoria summoueret eos a re
publica testareturque esse sibi miserrimum, quod aut natura
sua ei excedendum foret aut minuenda dignitas. sed ad
ordinem reuertendum est.

69 Iam et Dolabella in Asia C. Trebonium consularem, cui succedebat, fraude deceptum Zmyrnae occiderat, uirum

1 cum īmodica (in modica *P*) quidem seruari posset *AP*: ne modica quidem re *Aldus*: ne modico quidem seruari p. *Voss*: ne modica quidem seruare p. *Froehlich*: ne m. q. soluere p. *Laurent*: ne in modica quidem fide seruari p. *Maduig*: *fortasse* ne m. q. soluere ac s. p. 3 senatus et auctoritate consulū (COSS. *P*) *AP*: *scripsi* senatus decretis: s. et consulis a. *Cludius* 5 impetrato *P*: imperator *A* 6 in agris haud occulte *Mommsen* haud magis occulte *AP*: at in agris o. *Lipsius* 8 Turios *AP* 9 in *add. Maduig*: in coepto *Voss* 10 Irpinis *AP* tum P. *AP*: cum P. *Orelli* 12 fortem *B et sic A ut mihi uisum est*: sortem *P* 13 repeto *Heinsius* īmodica *A* 15 cæse etiam *AP*: Caesetium *B* TR. PL. *A* duum *A* 16 pæne uim domitianis *A* tamen *AP*: tantum *Kritz* 17 excessit *AP*: exarsit *Wopkens* contemptus *BA* 23 succensebat *Ruhnken* Zmyrnae *A*: Smyrnae *P*

aduersus merita Caesaris ingratissimum participemque
caedis eius, a quo ipse in consulare prouectus fastigium
fuerat; et C. Cassius acceptis a Statio Murco et Crispo 2
Marcio, praetoriis uiris imperatoribusque, praeualidis in
Syria legionibus, inclusum Dolabellam, qui praeoccupata
Asia in Syriam peruenerat, Laodiciae expugnata ea urbe
obire fecerat (ita tamen, ut ad ictum serui sui Dolabella non
segniter ceruicem daret) et decem legiones in eo tractu sui
iuris fecerat; et M. Brutus C. Antonio, fratri M. Antoni, 3
in Macedonia Vatinioque circa Dyrrachium uolentis legiones
extorserat (sed Antonium bello lacessierat, Vatinium dig-
natione obruerat, cum et Brutus cuilibet ducum praeferendus
uideretur et Vatinius nulli homini non esset postferendus, in 4
quo deformitas corporis cum turpitudine certabat ingeni
adeo ut animus eius dignissimo domicilio inclusus uideretur)
eratque septem legionibus ualidus. at lege Pedia, quam 5
consul Pedius collega Caesaris tulerat, omnibus, qui Cae-
sarem patrem interfecerant, aqua ignique † damnatis inter-
dictum erat: quo tempore Capito, patruus meus, uir ordinis
senatorii, Agrippae subscripsit in C. Cassium. dumque ea 6
in Italia geruntur, acri atque prosperrimo bello Cassius
Rhodum, rem inmanis operis, ceperat, Brutus Lycios
deuicerat, et inde in Macedoniam exercitus traiecerant,
cum per omnia repugnans naturae suae Cassius etiam Bruti

3 Statio *Vrsinus*: Staio *P*: Caio (*sic*) *A* 4 Martio *A* impera-toribus qui *AP*, *em. Bonhomme* 6 Laodicia *BA*: Laodiceam *P*, *em. Voss* expugnat *BA*: expugnata *P* 7 obire fecerat *scripsi*: fecerat *AP*, *quod uocabulum del. G. A. Koch*: interfecerat *uel* confecerat *Rhenanus*: ad mortem egerat *Berndt*: mori coegerat *Novák* ad ictum *Rhenanus*: adiectum *AP* 9 Antonii *AP* 10 Atinioque *A* uolentis *BA*: uoluentis *P*: uolenti *Vrsinus* 11 Vatinius *AP* 13 nulli nōī (nomini *P*) non *AP*: nulli homini non *Aldus qui etiam* nulli non. '*Tradita lectio ad hoc uidetur ducere*: nulli no[n ho]mini non, *superfluo altero* non, *arbitror posteriore*, *quod iam delere par est*' *Thomas*, *itaque praetulit* nulli non homini esset p. 14 corporis *BA*: *om. P* ingenii *AP* 15 uideretur *AP* 16 at *Lipsius*: et *AP*: sed *Kreyssig* 18 damnatis '*non desiderares si abesset*' *Kritz* 21 adque *A*

clementiam uinceret. neque reperias, quos aut pronior fortuna comitata sit aut ueluti fatigata maturius destituerit quam Brutum et Cassium.

70 Tum Caesar et Antonius traiecerunt exercitus in Macedoniam et apud urbem Philippos cum M. Bruto Cassioque acie concurrerunt. cornu, cui Brutus praeerat, impulsis hostibus castra Caesaris cepit (nam ipse Caesar, etiamsi infirmissimus ualetudine erat, obibat munia ducis, oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifesta denuntiatione quietis territo), id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum ac male mulcatum in altiora *se* receperat
2 loca. tum Cassius ex sua fortuna euentum collegae aestimans, cum dimisisset euocatum iussissetque nuntiare sibi, quae esset multitudo ac uis hominum, quae ad se tenderet, tardius eo nuntiante, cum in uicino esset agmen cursu ad eum tendentium neque puluere facies aut signa denotari possent, existimans hostes esse, qui inruerent, lacerna caput circumdedit extentamque ceruicem interritus liberto prae-
3 buit. deciderat Cassi caput, cum euocatus aduenit nuntians Brutum esse uictorem. qui cum imperatorem prostratum uideret, sequar, inquit, eum, quem mea occidit
4 tarditas, et ita in gladium incubuit. post paucos deinde dies Brutus conflixit cum hostibus et uictus acie cum in tumulum nocte ex fuga se recepisset, impetrauit a Stratone Aegeate, familiari suo, ut manum morituro commodaret
5 sibi; reiectoque laeuo super caput brachio, cum mucronem gladii eius dextera tenens sinistrae admouisset mamillae ad

6 īp. *A* : imp. *P* 9 manifesta *Heinsius* : manifeste *AP* : manifestae *Vascosanus et Orelli* 11 mulctatum *A* : multatum *P*: mulcatum *Vrsinus* se *add. Gelenius* 13 nunciare *P* : nunciari *A ut Cludius ex coni. scripserat* 14 tenderet̄ *A*, *sed* ¯ *post eraso* 17 inr. *A* 18 prebuit *A* 19 Cassii *AP* 22 incubuit *P* : occubuit *A ut ex coni. scripserat amicus Vossii* 24 tumulum *Gelenius* : tumultum *AP* imperauit Astratone Aegeatae *A* 26 sibique *A sed deleto* que 27 mamillae *A recte*, *cf. Lachm. ad Lucret.* i. 360 : māmilla *P*

eum ipsum locum, qua cor emicat, impellens se in uulnus uno ictu transfixus exspirauit protenus.

Messalla, fulgentissimus iuuenis, proximus in illis castris 71
Bruti Cassique auctoritati, cum essent qui eum ducem poscerent, seruari beneficio Caesaris maluit quam dubiam spem armorum temptare amplius; nec aut Caesari quidquam ex uictoriis suis fuit laetius quam seruasse Coruinum aut maius exemplum hominis grati ac pii, quam Coruinus in Caesarem fuit. non aliud bellum cruentius caede clarissimorum uirorum fuit. tum Catonis filius cecidit; eadem 2
Lucullum Hortensiumque, eminentissimorum ciuium filios, fortuna abstulit; nam Varro ad ludibrium moriturus Antoni 3
digna illo ac uera de exitu eius magna cum libertate ominatus est. Drusus Liuius, Iuliae Augustae pater, et Varus Quintilius, ne temptata quidem hostis misericordia, alter se ipse in tabernaculo interemit, Varus autem liberti, quem id facere coegerat, manu, cum se insignibus honorum uelasset, iugulatus est.

Hunc exitum M. Bruti partium septimum et tricesimum 72
annum agentis fortuna esse uoluit, incorrupto animo eius in diem, quae illi omnis uirtutes unius temeritate facti abstulit. fuit autem dux Cassius melior, quanto uir Brutus: e quibus 2
Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium; in altero maior uis, in altero uirtus: qui si uicissent, quantum rei publicae interfuit Caesarem potius

2 transfixit [us suprascr.] *A* (*sic*) expirauit. Protenus (Protinus *P*) *AP*: exp. protinus *Scheffer* 4 Cassiique *AP* authoritate *A* 6 temptare · Amplius *A*: tentare *P* 10 cæcidit *A* 12 M. Varro *Gudeman* lubrium *del., dein suprascr.* ludibrium *A* Antonii *AP* 14 Liuiae Augustae *Aldus* 15 temptata *A*: tentata *P* 19 septimum & xxx [vii suprascr.] *A*: septimum & xxx. *P* 20 fortunae *A* incorrupto *Toll*: corrupto *AP*, *quod G. A. Koch retinuit, tamquam dies significetur, cui corruptio animi tamquam fato destinata fuerit. Sed dubito* aio *del., dein suprascr.* aio *A* 21 omnes *AP* facti *Rhenanus*: fecit *AP*

habere quam Antonium principem, tantum retulisset habere
3 Brutum quam Cassium. Cn. Domitius, pater L. Domiti
nuper a nobis uisi, eminentissimae ac nobilissimae simpli-
citatis uiri, auus huius Cn. Domiti, clarissimi iuuenis,
occupatis nauibus cum magno sequentium consilia sua
comitatu fugae fortunaeque se commisit, semet ipso con-
4 tentus duce partium. Statius Murcus, qui classi et custodiae
maris praefuerat, cum omni commissa sibi parte exercitus
nauiumque Sex. Pompeium, Cn. Magni filium, qui ex
5 Hispania reuertens Siciliam armis occupauerat, petiit. ad
quem et e Brutianis castris et ex Italia aliisque terrarum
partibus, quos praesenti periculo fortuna subduxerat, pro-
scripti confluebant: quippe nullum habentibus statum
quilibet dux erat idoneus, cum fortuna non electionem
daret, perfugium ostenderet, exitialemque tempestatem
fugientibus statio pro portu foret.

73 Hic adulescens erat studiis rudis, sermone barbarus,
impetu strenuus, manu promptus, cogitatu celer, fide
patri dissimillimus, libertorum suorum libertus seruorumque
2 seruus, speciosis inuidens, ut pareret humillimis: quem
senatus paene totus adhuc e Pompeianis constans partibus
post Antoni a Mutina fugam eodem illo tempore, quo Bruto
Cassioque transmarinas prouincias decreuerat, reuocatum ex
Hispania, ubi aduersus eum clarissimum bellum Pollio
Asinius praetorius gesserat, in paterna bona restituerat et
3 orae maritimae praefecerat. is tum, ut praediximus, occu-
pata Sicilia seruitia fugitiuosque in numerum exercitus sui

1 relit *del.*, *dein* retulisset *A* 2 *et* 4 Domiti *AP* 3 uisi *super rasuram in A* 7 Statius *Vrsinus*: Status *A*: Staius *P* murus *del.*, *dein* murcus *A* 8 preerat *del.*, *dein* p̄fuerat *A* exercitus *Gelenius*: exercitu *AP* 9 Sex *A* 10 petiit *Gelenius*: petit *AP* ad quem et e *P*: adque me T e *B*: atque me T e *A* 13 statim *Lipsius uix probabiliter*, *cf. Novák p.* 97 17 rudis is sermone *A* *Num* in sermone? 18 strennuus *A* cogitatu *Scheffer*: cogitatur *AP*: cogitatione *Rhenanus*: cogitando *Halm* 20 humilimis *A* 22 antonii A mutinam *B*, *em. Burer*: Antonianam *AP* 26 istum *AP*

recipiens magnum modum legionum effecerat perque Menam et Menecraten paternos libertos, praefectos classium, latrociniis ac praedationibus infestato mari ad se exercitumque tuendum rapto utebatur, cum eum non depuderet uindicatum armis ac ductu patris sui mare infestare piraticis sceleribus.

Fractis Brutianis Cassianisque partibus Antonius trans- 74
marinas obiturus prouincias substitit. Caesar in Italiam se
recepit eamque longe quam sperauerat tumultuosiorem
repperit. quippe L. Antonius consul, uitiorum fratris sui 2
consors, sed uirtutum, quae interdum in illo erant, expers,
modo apud ueteranos criminatus Caesarem, modo eos, qui
iussa diuisione praediorum nominatisque colonis agros
amiserant, ad arma conciens magnum exercitum conflauerat.
ex altera parte uxor Antoni Fuluia, nihil muliebre praeter 3
corpus gerens, omnia armis tumultuque miscebat. haec
belli sedem Praeneste ceperat; Antonius pulsus undique
uiribus Caesaris Perusiam se contulerat: Plancus, Antonianarum adiutor partium, spem magis ostenderat auxili, quam
opem ferebat Antonio. usus Caesar uirtute et fortuna sua 4
Perusiam expugnauit. Antonium inuiolatum dimisit, in Perusinos magis ira militum quam uoluntate saeuitum ducis: urbs incensa, cuius initium incendi princeps eius loci fecit Macedonicus, qui subiecto rebus ac penatibus suis igni transfixum se gladio flammae intulit.

Per eadem tempora exarserat in Campania bellum, quod 75
professus eorum, qui perdiderant agros, patrocinium ciebat

1 per quem *A* 4 ^{de}puderet *A* 5 ductum 6 celetibus *Ruhnken* 10 repperit *A* : reperit *P* $\overline{\text{COS}}$ *A* : COS. *P* 13 iussa *Heinsius*: iuste *AP*: instituta *Ruhnken* coloniis *Heinsius* 15 Antonii *P* 16 tumultūque *A* 17 bellis *AP* coep. *A* 19 spem *del., dein* spe *A* : spem *P*: '*ex. uetust. uidetur habere* spe magis ostenderat' *Burer* auxilii *AP* 21 demisit *A* 23 incendii *AP* foecit *A* 26 ~~bellum~~ in Campania bellum *A* (*sic*) 27 *ex compendio quod est in A uix dicas* perdiderant *an* prodiderant *significarit Amerbachius*

Ti. Claudius Nero praetorius et pontifex, Ti. Caesaris pater, magni uir animi † doctissimique ingeni : id quoque aduentu
2 Caesaris sepultum atque discussum est. quis fortunae mutationes, quis dubios rerum humanarum casus satis mirari queat? quis non diuersa praesentibus contrariaque
3 exspectatis aut speret aut timeat? Liuia, nobilissimi et fortissimi uiri Drusi Claudiani filia, genere, probitate, forma Romanarum eminentissima, quam postea coniugem Augusti uidimus, quam transgressi ad deos sacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri sui Caesaris arma ac manus bimum hunc Tiberium Caesarem, uindicem Romani imperi futurumque eiusdem Caesaris filium, gestans sinu, per auia itinerum uitatis militum gladiis uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, peruenit ad mare et cum uiro Nerone peruecta in Siciliam est.

76 Quod alieno testimonium redderem, eo non fraudabo auum meum. quippe C. Velleius, honoratissimo inter illos CCCLX iudices loco a Cn. Pompeio lectus, eiusdem Marcique Bruti ac Ti. Neronis praefectus fabrum, uir nulli secundus, in Campania digressu Neronis a Neapoli, cuius ob singularem cum eo amicitiam partium adiutor fuerat, grauis iam aetate et corpore comes cum esse non posset, gladio se ipse
2 transfixit. inuiolatam excedere Italia Caesar passus *est* Fuluiam Plancumque, muliebris fugae comitem : nam Pollio

1 Ti.] T. *AP bis* 2 uir *P* : uiri *BA* doctissimique *AP* : rectissimique *Maduig* : *num* lectissimi ? ingenii *AP* 6 expectatis (c *suprascr.*) expectans *A* 7 Calidiani *ABP*, *em. Burer* 10 arma *A* : arma*nus *P* : '*exemp. uet. sic habet ut legendum existimem* Caesaris arma, cuius bimum hunc Tiberium Caesarem &c.' *Burer* : minus bimum *Voss* : Caesaris manus *Ruhnken* : Caesaris arma ac manus *scripsi* : *fuerat* arma nus (acma *suprascr.*) 11 Tiberim *A* imperii *AP* 12 sinu per *P* : si nuper *A* 14 fuga *cum* peruenit *iungebat G. A. Koch* 16 eo *Gelenius* : meo *A* : in eo *P* 17 *Post* illos *erasum est in A* loco 19 Ti. Neronis *Aldus* : Tironis *A* : Tyronis *P* 22 comes cum *scripsi* : comes *B* : cum *AP* : cum comes *Aldus* se ipse gladio *A*, *additis β super* se ipse, *a super* gladio 23 est *add. Cludius*

Asinius cum septem legionibus, diu retenta in potestate
Antoni Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum
aliasque eius regionis urbis editis, Antonium petens, uagum
adhuc Domitium, quem digressum e Brutianis castris post
caedem eius praediximus et propriae classis factum ducem,
consiliis suis † electum ac fide data iunxit Antonio: quo 3
facto, quisquis aequum se praestiterit, sciat non minus a
Pollione in Antonium quam ab Antonio in Pollionem esse
collatum. aduentus deinde in Italiam Antoni praeparatus-
que contra eum Caesaris habuit belli metum, sed pax circa
Brundisium composita. per quae tempora Rufi Saluidieni 4
scelesta consilia patefacta sunt: qui natus obscurissimis
initiis parum habebat summa accepisse et proximus a Cn.
Pompeio ipsoque Caesare equestris ordinis consul creatus
esse, nisi in id adscendisset, e quo infra se et Caesarem
uideret et rem publicam.

Tum expostulante consensu populi, quem grauis urebat **77**
infesto mari annona, cum Pompeio quoque circa Misenum
pax inita, qui haud absurde, cum in naui Caesaremque et
Antonium cena exciperet, dixit in carinis suis se cenam
dare, referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna
domus ab Antonio possidebatur. in hoc pacis foedere 2
placuit Siciliam Achaiamque Pompeio concedere, in quo
tamen animus inquies manere non potuit. id unum tan-
tummodo salutare aduentu suo patriae tulit, quod omnibus

2 Antonii *AP* 3 urbes *AP* 5 proprie *A*: proprae *B* 6 inlectum *Gelenius*: *an* pellectum? 8 Polione *A* Polionem *A* 9 conl. *AP* praeparatusque *AP*: paratusque *Gelenius*: apparatusque *Kritz et ante eum Sylburg* 10 contra eum Caes. *BA*: Caes. circa eum *P* 11 Brundusium *P* perque *A* Rufi *A*: Ruffi *P* saluidienis cælesta *A* 13 summam *AP*, *em. Acidalius* 14 ex equestri (sequestri *A*: equestris *P*) ordinis *BAP*: ex equestri ordine *Gelenius*: equestris ordinis *Heinsius*: *fort.* ex equite equestris ordinis consul CONS. *A* 15 in id *Puteanus*: in is *BA*: simul *P* asc. *AP* e quo *P*: equo *BA* 17 urgebat *Acidalius* 19 absurde *Rhenanus*: absurdo *AP*: *an* absurdo ioco? 20 cena *A*: cœna *P* 25 patrie *A* attulit *P*

proscriptis aliisque, qui ad eum ex diuersis causis fugerant,
3 reditum salutemque pactus est: quae res et alios clarissimos
uiros et Neronem Claudium et M. Silanum Sentiumque
Saturninum et Arruntium ac Titium restituit rei publicae.
Statium autem Murcum, qui aduentu suo classisque cele-
berrimae uires eius duplicauerat, insimulatum falsis crimi-
nationibus, quia talem uirum collegam officii Mena et
Menecrates fastidierant, Pompeius in Sicilia interfecerat.
78 Hoc tractu temporum Octauiam, sororem Caesaris,
M. Antonius duxit uxorem. † redierat Pompeius in Si-
ciliam, Antonius in transmarinas prouincias, quas magnis
momentis Labienus, ex Brutianis castris profectus ad Parthos,
perducto eorum exercitu in Syriam interfectoque legato
Antoni concusserat: qui uirtute et ductu Ventidi una cum
Parthorum copiis celeberrimoque iuuenum Pacoro, regis
2 filio, exstinctus est. † interim Caesar per haec tempora, ne
res disciplinae inimicissima, otium, corrumperet militem,
crebris in Illyrico Delmatiaque expeditionibus patientia
3 periculorum bellique experientia durabat exercitum. eadem
tempestate Caluinus Domitius, cum ex consulatu obtineret
Hispaniam, grauissimi comparandique antiquis exempli
auctor fuit: quippe primi pili centurionem nomine Vibillium
ob turpem ex acie fugam fusti percussit.

3 Silanum *BA*: Syllanum *P* Sentiumque *P*: Sentium q. *A*: Sentium Q. *B* 4 Arruntium *Orelli*: Atruntium (-cium *BA*) *BAP* 5 Staium *AP*: Statium *Vrsinus* celeberrime *A* 8 Menecrates *Gelenius*: Menocrates *A*: Menocres *P*: Menotrades *B*: Mencrates *marg. P* 10 redierat *om. A* 12 momentis *AP*, *quod uindicauit G. A. Koch*: molimentis *Ruhnken* 13 perducto *Arntzen ad Aurel. Vict. de uir. ill.* 11: producto *AP* 14 Antonii *AP* *Post* concusserat *erasum est in A* et ductu uen Venti diuina cum *A* 16 ext. *AP* ~~per haec tempora~~ interim Caesar per hec tempora *A* (*sic*): interim per hæc t. *P* *Videtur* interim *primo additum tamquam glossa quae explicaret* per haec tempora *postea in textum inrepsisse, ita tamen ut in Murbacensi ordo uerborum incertus fieret* 22 ~~fuit~~ auctor fuit *A* (*sic*) primipili *AP* Vibillium *BA*: Iubillium *P* 23 opturpem *A* fusti *AB et ed. pr.* (*P*) *aliquot exemplaria*: fuste *ed. pr. pleraque exemplaria, si quidem et in Hauerfieldiano quo usus sum et Bodleiano et duobus Turicensibus et Meieriano et Berolinensi sic scriptum est*

Crescente in dies et classe et fama Pompei Caesar molem 79
belli eius suscipere statuit. aedificandis nauibus contra-
hendoque militi ac remigi naualibusque adsuescendo cer-
taminibus atque exercitationibus praefectus est M. Agrippa,
uirtutis nobilissimae, labore, uigilia, periculo inuictus paren-
dique, sed uni, scientissimus, aliis sane imperandi cupidus
et per omnia extra dilationes positus consultisque facta
coniungens. hic in Auerno ac Lucrino lacu speciosissima 2
classe fabricata cotidianis exercitationibus militem remigem-
que ad summam et militaris et maritimae rei perduxit
scientiam. hac classi Caesar, cum prius despondente ei
Nerone, cui ante nupta fuerat Liuia, auspicatis rei publicae
ominibus duxisset eam uxorem, Pompeio Siciliaeque bellum
intulit. sed uirum humana ope inuictum grauiter eo 3
tempore fortuna concussit: quippe longe maiorem partem
classis circa Veliam Palinurique promontorium adorta uis
Africi lacerauit ac distulit. ea patrando bello mora fuit,
quod postea dubia et interdum ancipiti fortuna gestum est.
nam et classis eodem loco uexata est tempestate, et ut 4
nauali primo proelio apud Mylas ductu Agrippae pugnatum
prospere, ita inopinato classis aduentu grauis sub ipsius
Caesaris oculis circa Tauromenium accepta clades; neque
ab ipso periculum abfuit. legiones, quae cum Cornificio
erant, legato Caesaris, expositae in terram paene a Pompeio
oppressae sunt. sed ancipitis fortuna temporis matura 5
uirtute correcta: explicatis quippe utriusque partis classibus
paene omnibus exutus nauibus Pompeius Asiam fuga petiuit

3 milite ac remige *AP*: militi ac remigi *Gelenius*: *num* militem ac remigem? *cf.* 79. 2 4 adque *A* ex¢ercita *del., dein* exercitationibus *A* prefectus *A* 5 uirtuti *A* 8 coniuges *A* 11 classe *Gelenius* & merone *del., dein suprascr.* ei Nerone *A* 12 Liuia *A*: Liuiam *P* 13 hominibus *A* 20 aput Milas *A* 21 Pompeianae *uel* inimicae *uel* aduersae *add. Heinsius* 24 legatae *A* in terra *AP*: in terram *malebat Alsters* pene pæne *A*: *num* paene plene? *an* paene paene *sic dictum est ut* modo modo *ut significentur naues proxime abfuisse ab exitio* 25 mature *Ruhnken* 27 Asiā fugam *A*

iussuque M. Antoni, cuius opem petierat, dum inter ducem
et supplicem tumultuatur et nunc dignitatem retinet, nunc
6 uitam precatur, a Titio iugulatus est: cui in tantum durauit
hoc facinore contractum odium, ut mox ludos in theatro
Pompei faciens exsecratione populi spectaculo, quod praebebat, pelleretur.

80 Acciuerat gerens contra Pompeium bellum ex Africa
Caesar Lepidum cum duodecim semiplenis legionibus. hic
uir omnium uanissimus neque ulla uirtute tam longam
fortunae indulgentiam meritus exercitum Pompei, quia
propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Caesaris auctori-
2 tatem ac fidem, sibi iunxerat inflatusque amplius XX legionum
numero in id furoris processerat, ut inutilis in aliena uictoria
comes, quam diu moratus erat, dissidendo in consiliis
Caesari et semper diuersa his, quae aliis placebant, dicendo,
totam uictoriam ut suam interpretaretur, audebatque denun-
3 tiare Caesari, excederet Sicilia. non ab Scipionibus aliisque
ueteribus Romanorum ducum quidquam ausum patratumque
fortius quam tunc a Caesare. quippe cum inermis et lacer-
natus esset, praeter nomen nihil trahens, ingressus castra
Lepidi, euitatis, quae iussu hominis prauissimi [tela] in eum
acta erant, cum lacerna eius perforata esset lancea, aquilam
4 legionis rapere ausus est. scires, quid interesset inter
duces: armati inermem secuti sunt decimoque anno quam
ad indignissimam uita sua potentiam peruenerat, Lepidus

1 Antonii *AP* 5 execr. *AP* quod *om. A* 8 Læpidum cum $\overline{\text{XII}}$ *A* 13 in aliena uictoria *Burer*: in alienae uictoriae *AB*: alienae uictoriae *P* 14 quamdiu *A* 15 Caesari *Acidalius*: diss. cons. Caesaris *Halm*: Caesaris *AP*, *quod si retinebitur, erit, quoties Caesar deliberabat cum consilio suo* his quæ *P*: his q. *A*: iis *Orelli* 16 totam *BA*: tutam *P* interpretaretur audebatque *Gelenius*: interpretabatur audebatque *AP*: interpretaretur auderetque *Ruhnken*. *An parenthesin faciunt illa* in id furoris processerat . . . dicendo, *ut respondeant inter se* iunxerat, interpretabatur? 17 aliisue *Orelli* 20 preter *A* 21 tela *P*: *om. A* 22 acta *AP*: iacta *Gelenius* *Post* lancea *erasum est in A* q 25 indignissimam *Ruhnken, quod Thomas suppleuit adiecto* illam: in dissimil(ll *P*)imam *AP*

et a militibus et a fortuna desertus pulloque uelatus amiculo
inter ultimam confluentium ad Caesarem turbam latens geni-
bus eius aduolutus est. uita rerumque suarum dominium
concessa ei sunt, spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.

Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque contem- **81**
platus frequentiam suam a disciplina desciscit et, quod
cogere se putat posse, rogare non sustinet, partim seueritate,
partim liberalitate discussa principis, speciosumque per idem 2
tempus adiectum supplementum Campanae coloniae * * *
eius relicti erant publici: pro his longe uberiores reditus
duodeciens sestertii in Creta insula redditi et aqua pro-
missa, quae hodieque singulare et salubritatis † instar et
amoenitatis ornamentum est. insigne coronae classicae, 3
quo nemo umquam Romanorum donatus erat, hoc bello
Agrippa singulari uirtute meruit. uictor deinde Caesar
reuersus in urbem contractas emptionibus complures domos
per procuratores, quo laxior fieret ipsius, publicis se usibus 4
destinare professus est, templumque Apollinis et circa
porticus facturum promisit, quod ab eo singulari exstructum
munificentia est.

Qua aestate Caesar tam prospere † Libium in Sicilia Bñ **82**
fortuna in Caesare et [in] re publica militauit ad Orientem.

4 tueri *P*: intueri *BA*: ui tueri *Doederlein* 5 Secuta *Boxhorn* 8 spætiosumq. *A* idem *A*: id *P* 9 coloniae] *lacunam posuit Kritz quam expleri iubet ex Dionis C.* 49. 14 *οὕτω μὲν οὖν τότε τοὺς στρατιώτας κατέστησε· καὶ τὸ μὲν ἀργύριον αὐτοῖς αὐτίκα, τὴν δὲ χώραν οὐ πολλῷ ὕστερον ἔδωκε. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἐξήρκεσεν ἡ ἐν τῷ δημοσίῳ ἔτι τότε οὖσα, προσεξεπρίατο ἄλλην τε καὶ παρὰ τῶν* Καμπανῶν *τῶν ἐν τῇ* Καπύῃ *οἰκούντων συχνήν· καὶ γὰρ ἐποίκων ἡ πόλις πολλῶν ἐδεῖτο etc., unde L. v. Ian (Philol.* iii. p. 339) *supplebat* emptis partim qui diuiderentur agris. cum non sufficerent qui in deductione coloniae eius r. e. publici: *Halm ex coniectura* ueteranis in agros deductis qui coloniae eius relicti erant publici 10 uberiores *AP*: *fortasse* uberioris 11 duodeties sestertii in Craeta *A*: S–H *P*, *uide Comm. Crit.* 12 instrumentum *Cludius, uix probabiliter* 13 insigne. Coronæ *A* 15 meruerit *A*: *num* meruerat? 17 laxior *suprascr.* laxius *A* 19 extr. *AP* 21 Libium *AP*: Lepidum *Rhenanus* bene *P*: paene *Schegk* 22 et in rep. *A*: et Rep. *P*, *uide Comm. Crit.*

quippe Antonius cum XIII legionibus egressus Armeniam ac deinde Mediam et per eas regiones Parthos petens habuit
2 regem eorum obuium : primoque duas legiones cum omnibus impedimentis tormentisque et Statiano legato amisit, mox saepius ipse cum summo totius exercitus discrimine ea adiit pericula, *a* quibus seruari se posse desperauerat, amissaque non minus quarta parte militum captiui cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide seruatus *est*, qui clade Crassiani exercitus captus, cum fortunam non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam praedixitque, ne destinatum iter peterent, sed diuerso siluestrique [loco] peruaderent.
3 hoc M. Antonio † acto illis legionibus saluti fuit : de quibus tamen totoque exercitu haud minus pars quarta, ut praediximus, militum, calonum seruitiique desiderata tertia est ; impedimentorum uix ulla superfuit. hanc tamen Antonius fugam suam, quia uiuos exierat, uictoriam uocabat. qui tertia aestate reuersus in Armeniam regem eius Artauasden fraude deceptum catenis, sed, ne quid honori deesset,
4 aureis uinxit. crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio et uitiorum, quae semper facultatibus licentiaque et adsentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriae inferre constituit, cum ante nouum se Liberum Patrem appellari iussisset, cum redimitus hederis crocotaque uelatus aurea et thyrsum tenens cothurnisque succinctus curru uelut Liber Pater uectus esset Alexandriae.

83 Inter hunc apparatum belli Plancus, non iudicio recta

1 XIII. *AP* egressus *AP* : ingressus *Gelenius* 5 sepius *A* 6 a *add. Kreyssig* : e quibus *Heinsius* 8 est *add. Orelli* 9 fortunā *P* : fortuna *BA* 10 predestinatum *A* 11 siluestrique ~~loco~~ peruaderent ~~loco~~ *A* (*sic*) : siluestrique peruaderent *P* 12 acto *AP* : octo *Aldus* : ac tot *Lipsius, sed uix satis placet pleonasmus ille* tot illis 13 haud *bis, priore deleto A* 14 seruitiique *AP*, *quod non ausus sum cum Kritzio per unam i scribere, cum significetur* seruorum, *non* seruitutis desiderata *ultimam litteram* a *an* ae *habuerit, per lituram non potui discernere, fort.* desiderata est tertia 16 uiuos *A* : uiuus *P* 23 appelari *A* crocota *Ruhnken* : corona *AP*, *quod Sauppe uindicauit ex Ouid. Pont.* iv. 14. 55 24 coturnisque *A*

legendi neque amore rei publicae aut Caesaris, quippe haec semper impugnabat, sed morbo proditor, cum fuisset humillimus adsentator reginae et infra seruos cliens, cum Antoni librarius, cum obscenissimarum rerum et auctor et minister, cum in omnia et [in] omnibus uenalis, cum caeruleatus et 2
nudus caputque redimitus arundine et caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in conuiuio, refrigeratus ab Antonio ob manifestarum rapinarum indicia transfugit ad Caesarem: et idem postea clementiam uictoris pro sua uirtute interpretabatur, dictitans id probatum a Caesare, cui ille ignouerat; hunc autem mox auunculum Titius imitatus est. haud absurde Coponius, uir e praetoriis grauissimus, 3
pater * Sili socer, cum recens transfuga multa ac nefanda Plancus absenti Antonio in senatu obiceret, multa, inquit, mehercules fecit Antonius pridie quam tu illum relinqueres.

Caesare deinde et Messala Coruino consulibus debellatum 84
apud Actium, ubi longe ante quam dimicaretur, exploratissima Iulianarum partium fuit uictoria. uigebat in hac parte miles atque imperator, *in* illa marcebant omnia: hinc remiges firmissimi, illinc inopia adfectissimi: nauium haec magnitudo modica nec celeritati aduersa, illa specie et * terribilior: hinc ad Antonium nemo, illinc ad Caesarem cotidie aliquis transfugiebat; denique in ore atque oculis

2 impugnarat *Burmann* 3 Antoni *AP* 4 obscoenissimarum *P* 5 in *delebat Lipsius* ceruleatus *AP* 8 inditia *A* 11 mox autem (aut *A*) hunc mox a. *BA*: hunc mox a. *P*, *uidetur* mox *sic exaratum fuisse in Murb. ut ambigeretur ubi collocandum esset* auunculum *AP*: uanilocum *Cornelissen*: *fort.* ac tamen hunc mox a. M. Titius *Lipsius* 12 C. Coponius *Kreyssig* uir E (·E· *B*) praetorius *AB*: uir praetorius *P*: uir e praetoriis *Schegk* 13 pater . . . sili *scripsi*: Patersilii *A*: pater, Silii *P*: P. Silii *Gelenius* 14 obiceret *A*: obiiceret *P* 16 $\overline{\text{COS}}$ *A*: COSS *P* 18 uigebat[ur] *A* (*sic*) 19 illam arcebant *BA*: illam *P*: in illa m. *Vascosanus* 20 remiges *Lipsius*: reges *AP* 21 modica nec *Heinsius*: modica ne *A*: modicáne *B*: modicáue *P* celeritati *Heinsius*: celeritate *ABP* specie et *AP*: *lacunam posui* 22 huc *del.*, *dein* hinc *A* 23 ~~aliquis~~ aliquid *A* (*sic*), *sed deleti uocabuli ultima littera uix dispici poterat*: aliquid *B*: aliqui *P* transfugiebant *P* adque *A*

Antonianae classis per M. Agrippam Leucas expugnata, Patrae captae, Corinthus occupata, bis ante ultimum dis-
2 crimen classis hostium superata. rex Amyntas meliora et utiliora secutus; nam Deillius exempli sui tenax ut a Dolabella * ** ad Caesarem; uirque clarissimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium numquam reginam nisi nomine salutauit, maximo et praecipiti periculo transmisit ad Caesarem.

85 Aduenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque productis classibus pro salute alter, in ruinam
2 alter terrarum orbis dimicauere. dextrum nauium Iulianarum cornu M. Lurio commissum, laeuum Arruntio, Agrippae omne classici certaminis arbitrium; Caesar ei parti destinatus, in quam a fortuna uocaretur, ubique aderat. classis Antoni regimen Publicolae Sosioque commissum. at in terra locatum exercitum Taurus Caesaris, Antoni
3 regebat Canidius. ubi initum certamen est, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites, in altera nihil praeter milites. prima occupat fugam Cleopatra: Antonius fugientis reginae quam pugnantis militis sui comes esse maluit, et imperator, qui in desertores saeuire debuerat, desertor exer-
4 citus sui factus est. illis etiam detracto capite in longum fortissime pugnandi durauit constantia et desperata uictoria in mortem dimicabatur. Caesar, quos ferro poterat inter-

2 Corinthiis *suprascr.* Corinthus *A* 3 Amyntas *Gelenius*: Myntas *AP* meliora *P*: melior *A* 4 Deillius *scripsi secutus Lipsium*: de illius *AP*: Dellius *uulg. et Kritz* exemplis uitae naxuta *AP*, *corr. Lipsius* 5 *lacunam supplent ex Sen. Suasor.* i. 7 p. 4 *Bursian* bellissimam tamen rem Deillius (*sic cod. Bruxellensis*) dixit quem Messala Coruinus desultorem bellorum ciuilium uocat, quia ab Dolabella ad Cassium transiturus salutem sibi pactus est, si Dolabellam occidisset: a Cassio deinde transiit ad Antonium, nouissime ab Antonio transfugit ad Caesarem. *Verba* rex Amyntas . . . transmisit ad Caesarem *Haase transponebat ante illa* denique in ore . . . superata 7 pericula *A* 12 Lurio *Vrsinus*: Lario *AP* Adruntio *AP* 15 Antonii *AP*, *et sic* 16 Pulico Laesosioque *AP* 22 detracto *Vascosanus*: detrectato *AP*

emere, uerbis mulcere cupiens clamitansque et ostendens
fugisse Antonium, quaerebat, pro quo et cum quo pugnarent.
at illi cum diu pro absente dimicassent duce, aegre sum- 5
missis armis cessere uictoriam, citiusque uitam ueniamque
Caesar promisit, quam illis ut eam precarentur persuasum
est; fuitque in confesso milites optimi imperatoris, impera-
torem fugacissimi militis functum *uice*, ut dubites, suone an 6
Cleopatrae arbitrio uictoriam temperaturus fuerit, qui fugam
ad eius arbitrium direxerit fugae. idem locatus in terra
fecit exercitus, cum se Canidius praecipiti fuga rapuisset ad
Antonium.

Quid ille dies terrarum orbi praestiterit, ex quo in quem **86**
statum peruenerit fortuna publica, quis in hoc transcursu
tam artati operis exprimere audeat? uictoria uero fuit 2
clementissima, nec quisquam interemptus est, paucissimi
summoti, qui deprecari quidem pro se non sustinerent. ex
qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumuiratus
sui aut in campis Philippiis, si sic licuisset, uictoriae suae
facturus fuerit *modum*. at Sosium L. Arrunti prisca graui-
tate celeberrimi fides, mox diu cum clementia luctatus
sua Caesar, seruauit incolumem. non praetereatur Asini 3
Pollionis factum et dictum memorabile: namque cum se
post Brundisinam pacem continuisset in Italia neque aut
uidisset umquam reginam aut post eneruatum amore eius

6 fuit qui in confessio *A* imperatore *A* 7 uice *add. Orelli* ut dubites suone *Burer*: uidebites ne *A*: uidebit e suo *P*: dubitesne *Orelli*: uix dubites suo an Cl. *Berndt*: *num* ne dubites suo an Cleop. arbitrio 8 fuerit *Voss* ad eius fugam arbitrium direxit fugam *A*: ad eius arbitrium direxit fugam *P*, *correxi ex A*: direxerit *Halm*: direxit *AP* 9 in terra *suprascr.* interea *A* 16 summoti *Baiter*, *cf.* 68. 1: et hi *AP*: eiecti *Halm*: exacti *ego olim* 17 in *del.*, *dein suprascr.* initio *A* 18 si sic *P*: sic *A*: si *Burer* 19 modum *add. Rhenanus* at Sosium L. Arruntii *Puteanus*: ad solium (folium *P*) alarunt in prisea *AP*: uiri prisca *Orelli* 20 odium . . . eluctatus *Maduig* 21 Asinii *AP* 22 namque *BA*: nam *P* 23 Brundusinam *P* 24 ~~tum~~ [un] quam *A* (*sic*)

Antoni animum partibus eius se miscuisset, rogante Caesare, ut secum ad bellum proficisceretur Actiacum: mea, inquit, in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrimine uestro me subtraham et ero praeda uictoris.

87 Proximo deinde anno persecutus reginam Antoniumque Alexandriam, ultimam bellis ciuilibus imposuit manum. Antonius se ipse non segniter interemit, adeo ut multa desidiae crimina morte redimeret. at Cleopatra frustratis custodibus inlata aspide, in morsu sanieque eius, expers muliebris
2 metus spiritum reddidit. fuitque et fortuna et clementia Caesaris dignum, quod nemo ex iis, qui contra eum arma tulerant, ab eo iussuue eius interemptus *est*. D. Brutum Antoni interemit crudelitas. Sextum Pompeium ab † eodem uictum idem Antonius, cum dignitatis quoque seruandae
3 dedisset fidem, etiam spiritu priuauit. Brutus et Cassius ante, quam uictorum experirentur animum, uoluntaria morte obierunt. Antoni Cleopatraeque quis fuerit exitus narrauimus. Canidius timidius decessit, quam professioni eius, qua semper usus erat, congruebat. ultimus autem ex interfectoribus Caesaris Parmensis Cassius morte poenas dedit, ut dederat Trebonius *primus*.

88 Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Caesar

1 Antonii *AP* miscuisset *BA* : immiscuisset *P* 2 Actia cum *A* 4 discrimine *AP*, *ut Verg. Aen.* vi. 465, 698 : discrimini *Acidalius* 6 deinde *BA* : *om. P* 7 Alexandream *BA* 9 redemerit *Halm* 10 aspidem *A* : aspide in *B* : aspide *P* morsu$ *A (sic)* sane eius *ABP* : sanieque eius *Io. Is. Pontanus* : et sanie eius *Burmann* : *num* morsus sanie eius? mulieris *A* 12 his *AP* 13 iussu ue *A*, *sed interposito* [*quod dubito an* s *fuerit; certe solito minor est, tametsi contra Orellium Fechter sic legerit* iussusue est *add. Orelli* 14 Antonii *AP* ab *AB* : ob *P* : ab eo deuictum *Acidalius* (?) : ab eodem uictum *interpolatum ratus est Novák* 15 seruandae *om. A* 16 *post* etiam *erasum est in A* pr. *nimirum scripturus fuerat Amerbach* priuauit spiritu, *melius credo ad sonum atque emphasin* 18 Cleopatrae quae *A* fuerit *ex* fuisset *A* : fuisset *P* 19 ei *Cludius* 22 primus *add. Aldus sed post* dederat 23 Actiaco∅ *A (sic)*

imponit manum, M. Lepidus, iuuenis forma quam mente
melior, Lepidi eius, qui triumuir fuerat rei publicae con-
stituendae, filius, Iunia Bruti sorore natus, interficiendi,
simul in urbem reuertisset, Caesaris consilia inierat. *erat* 2
tunc urbis custodiis praepositus C. Maecenas equestri, sed
splendido genere natus, uir, ubi res uigiliam exigeret, sane
exsomnis, prouidens atque agendi sciens, simul uero aliquid
ex negotio remitti posset, otio ac mollitiis paene ultra
feminam fluens, non minus Agrippa Caesari carus, sed
minus honoratus—quippe uixit angusti claui † paene con-
tentus—, nec minora consequi potuit, sed non tam con-
cupiuit. hic speculatus est per summam quietem ac 3
dissimulationem praecipitis consilia iuuenis et mira celeritate
nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppresso
Lepido inmane noui ac resurrecturi belli ciuilis restinxit
initium; et ille quidem male consultorum poenas exsoluit.
aequetur praedictae iam Antistiae Seruilia Lepidi uxor, quae
uiuo igni deuorato praematura morte inmortalem nominis
sui pensauit memoriam.

Caesar autem reuersus in Italiam atque urbem occursu 89
quo, quo fauore omnium hominum, aetatium, ordinum
exceptus sit, quae magnificentia triumphorum eius, quae

4 erat *add. Maduig* 5 Mecenas *A* equestris et *AP* 6 exi exigeret *A* (*sic*) 7 exomnis *P*: ex ōis *A* prudens *A* 8 pene *A* 10 Augusti *A* paene *A*: pene *P*: fine *Heinsius*: specie *Zumpt*: angusticlauio (? -a) plene *Salmasius*: *num* poenico? 11 nec minora *AP*, *h. e.* et non minora: *fortasse* nec maiora non consequi potuit, *sicut fere Rhenanus*: nec minus maiora *Tittler et Gudeman* 15 īmane *A* 16 incendium *Herel* exsoluit *A*: exoluit *P* 17 pred. *A* Antistiae *AP*: *Calpurniam dicit uxorem Antisti, cf.* ii. 26. 2: Antistii *Voss sc. uxori*: Antisti et *Rhenanus et Orelli* 18 praematuram mortem *AP*, *sed Burer* '*exemp. uetustum sic habet ut potius legendum existimem* præmatura morte immortalem nominis sui pensauit memoriam' *ut* 115. 5 immortalem memoriam *A*: immortali memoria *P* 20 occursu quo *ego*: occursus *AP*: quo occursu *Lipsius*: *Kritzio* occursus fauore hominum *est fauore qui declaratur occursu hominum. Vide Comm. Crit.*

fuerit munerum, ne in operis quidem iusti materia, nedum
2 huius tam recisi digne exprimi potest. nihil deinde optare
a diis homines, nihil dii hominibus praestare possunt, nihil
uoto concipi, nihil felicitate consummari, quod non Augustus
post reditum in urbem rei publicae populoque Romano
3 terrarumque orbi repraesentauerit. finita uicesimo anno
bella ciuilia, sepulta externa, reuocata pax, sopitus ubique
armorum furor, restituta uis legibus, iudiciis auctoritas,
senatui maiestas, imperium magistratuum ad pristinum
redactum modum; tantummodo octo praetoribus allecti
4 duo. prisca illa et antiqua rei publicae forma reuocata.
rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa
cuique rerum suarum possessio; leges emendatae utiliter,
latae salubriter; senatus sine asperitate nec sine seueritate
lectus. principes uiri triumphisque et amplissimis honoribus
functi adhortatu principis ad ornandam urbem inlecti sunt.
5 consulatus tantummodo usque ad undecimum qui con-
tinuaret Caesar, cum saepe obnitens repugnasset, impetrare
potuit: nam dictaturam quam pertinaciter ei deferebat
6 populus, tam constanter reppulit. bella sub imperatore gesta
pacatusque uictoriis terrarum orbis et tot extra Italiam
domique opera omne aeui sui spatium impensurum in id
solum opus scriptorem fatigarent: nos memores professionis
uniuersam imaginem principatus eius oculis animisque
subiecimus.

90 Sepultis, ut praediximus, bellis ciuilibus coalescentibusque

1 ne in operis quidem *Gelenius*: nedum in operis siquidem *AP*: *fortasse* numquam ne i. o. q. i. m. 3 a dis *A* de *A*: dii *P* 4 fœl. *A* consumari *A* 6 repres. *A* finito *A* 7 bellaci Iulia *A* 10 redactus *A* Allectio *del., dein* aͤllectio *A* (*sic*) 12 redit *A* ~~sacris~~ agris sacris *A* (*sic*) 15 lętus *A* ~~ho~~ amplissimis *A* (*sic*) 16 adhortatur *A*: hortatu *P*: adhortatu *Orelli* 17 qui *scripsi*: quem *AP*, *uide Comm. Crit.* quem *Kritz retinuit*, impetrari *scripsit pro* impetrare: quin *Madvig, addito* non *ante* potuit 18 imperare *suprascr.* impetrare *A* 20 repulit *A*: imperatore eo *Orelli* 22 inp. *A* 23 fatigarent *Voss*: fatigant *AP*: fatigent *Acidalius*

rei publicae membris, etiam coaluerunt quae tam longa armorum series lacerauerat. Delmatia, *annos* xx et cc rebellis, ad certam confessionem pacata est imperi. Alpes feris incultisque nationibus celebres perdomitae. Hispaniae nunc ipsius praesentia, nunc Agrippae, quem usque in tertium consulatum et mox collegium tribuniciae potestatis amicitia principis euexerat, multo uarioque Marte pacatae. in quas prouincias cum initio Scipione et Sempronio Longo 2 consulibus primo anno secundi *belli* Punici abhinc annos CCL Romani exercitus misissent duce Cn. Scipione, Africani patruo, per annos CC in his multo mutuoque ita certatum est sanguine, ut amissis P. R. imperatoribus exercitibusque saepe contumelia, nonnumquam etiam periculum Romano inferretur imperio. illae enim prouinciae Scipiones con- 3 sumpserunt; illae contumelioso † XX annorum bello sub duce Viriatho maiores nostros exercuerunt; illae terrore Numantini belli populum Romanum concusserunt; in illis turpe Q. Pompei foedus turpiusque Mancini senatus cum ignominia dediti imperatoris rescidit; illa tot consularis, tot praetorios absumpsit duces, patrumque aetate in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquennium diiudicari non potuerit, Hispanis Romanisne in armis plus esset roboris et uter populus alteri pariturus foret. has igitur prouincias 4 tam diffusas, tam frequentis, tam feras ad eam pacem abhinc annos ferme L perduxit Caesar Augustus, ut quae maximis

1 etiam coaluerunt *ego postquam Bergk* et coaluere *proposuerat*: et coram aliero *AP*, *uide Comm. Crit.* 2 Damatia xx et cc· rebellis *A*: Dalmatia $\overline{\text{xx}}$. & $\overline{\text{cc}}$. rebellis *P*: annos *add. post* cc *Lipsius*, *post* Dalmatia *Orelli*: per annos *Novák* 4 incultisque *Heinsius*: multisque *AP quod seruauit Kritz* perdomitae *P*: per do. (*sic*) *A* 5 Agrippe *A* 6 tribunitiæ *AP* 7 amicicia *A* 8 prouintias *A*, *et sic* 14, 23 9 $\overline{\text{COS}}$ *A*: COSS. *P* belli *add. Heinsius*: '*fortasse subintelligendum, non inuehendum* belli' *Wopkens* anno *A* 10 misissent *A*: missi essent *P* 11 hiis *A*: his *P* 12 P. R. *Gelenius*: Praetor *AP* 13 etiam nonnunquam *AP*, *transposuit Gelenius* 15 *immo* x *ut Lipsius uoluit* 16 timore *del.*, *dem suprascr.* terrore *A* 19 dedit *A* restindit *A* consulares *AP* 22 poterit *BA* 25 anno's. *A*

bellis numquam uacauerant, eae sub C. Antistio ac deinde
P. Silio legato ceterisque postea etiam latrociniis uacarent.
91 Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Parthorum
signa Romana, quae Crasso prenso Orodes, quae Antonio
pulso filius eius Prahates ceperant, Augusto remissa sunt.
quod cognomen illi uiro Planci sententia consensus uniuersi
2 senatus populique Romani indidit. erant tamen qui hunc
felicissimum statum odissent: quippe L. Murena et Fannius
Caepio diuersis moribus (nam Murena sine hoc facinore
potuit uideri bonus, Caepio et hoc *et* ante erat pessimus) cum
inissent occidendi Caesaris consilia, oppressi auctoritate
3 publica, quod ui facere uoluerant, iure passi sunt. neque
multo post Rufus Egnatius, per omnia gladiatori quam
senatori propior, collecto in aedilitate fauore populi, quem
exstinguendis priuata familia incendiis in dies auxerat, in
tantum quidem, ut ei praeturam continuaret, mox etiam
consulatum petere ausus, cum esset omni flagitiorum scele-
rumque conscientia mersus nec melior illi res familiaris
quam mens †foret, adgregatis simillimis sibi interemere Cae-
sarem statuit, ut quo saluo saluus esse non poterat, eo
4 sublato moreretur. quippe ita se mores habent, publica
quisque ruina malit occidere quam sua proteri, idem passu-
rus minus conspici. neque hic prioribus in occultando
felicior fuit, abditusque carcere cum consciis facinoris
mortem dignissimam uita sua obiit.

1 eae *P*: hae *A* Antistio *Gelenius*: Aristio *AP* 3 pacat˜us (pacaturus) *A*, *sed* -us *multo minutioribus litteris* 4 prenso *scripsi*: præsso *A*: presso *P*: oppresso *Gelenius* 5 Prahates *A*, *sicut in Mediceo Tac. Ann.* ii. 1 *et* 2 (*Thomas*): Phrahates *P* 6 uiro *AP*: uere *Ruhnken*: iure *Orelli* 9 Cepio *AP*, *et sic* 10 10 et hoc ante *AP*: et ante hoc *Gelenius*: *scripsi* et hoc et ante *h. e. et hoc facinore et ante* 11 inissent *P*: iniissent *A* (*sic*) 15 ext. *AP* 17 omnium *Burmann* 18 *fortasse* (nec melior illi res familiaris quam mens fuerat), *ut* 95. 3 foret *scriptum est in AP*, *cum sententia postulet* fuerat 19 interim. *AP* 21 publica] ut *add. Burer* 22 pro^p *del.*, *dein* proteri *A* (*sic*) et idem *P* 24 carcere *Krause*: carceri *AP*: carceri *Rockwood seruauit secutus Neuium, qui attulit Aen.* ii. 553 lateri abdidit ensem (*Formenl.* i. 241)

Praeclarum excellentis uiri factum C. Senti Saturnini 92
circa ea tempora consulis ne fraudetur memoria. aberat 2
[in] ordinandis Asiae Orientisque rebus Caesar, circumferens terrarum orbi praesentia sua pacis suae bona. tum Sentius, forte et solus et absente Caesare consul, cum alia prisca seueritate summaque constantia, uetere consulum more *atque* asperitate, gessisset, protraxisset publicanorum fraudis, punisset auaritiam, regessisset in aerarium pecunias publicas, tum in comitiis habendis praecipuum egit con-
sulem: nam et quaesturam petentis, quos indignos iudi- 3
cauit, profiteri uetuit, et, cum id facturos se perseuerarent, consularem, si in campum descendissent, uindictam minatus
est, et Egnatium florentem fauore publico sperantemque ut 4
praeturam aedilitati, ita consulatum praeturae se iuncturum, [profiteri] uetuit, et cum id non obtinuisset, iurauit, etiam si factus esset consul suffragiis populi, tamen se eum non
renuntiaturum. quod ego factum cuilibet ueterum con- 5
sulum gloriae comparandum reor, nisi quod naturaliter audita uisis laudamus libentius et praesentia inuidia, praeterita ueneratione prosequimur et his nos obrui, illis instrui credimus.

Ante triennium fere, quam Egnatianum scelus erumperet, 93
circa Murenae Caepionisque coniurationis tempus, abhinc annos L, M. Marcellus, sororis Augusti Octauiae filius, quem homines ita, si quid accidisset Caesari, successorem potentiae eius arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam securo ei posse contingere non existimarent,

1 preclarum *A* Sentii *AP* 3 in *del. Heinsius* 5 forte [&] solus *A* (*sic*) C̄ŌS̄ *A* : COS *P* 7 atque asperitate *scripsi* : ~~at~~ ac seueritate *A* (*sic*) : ac seuer. *P* : ac perseuerantia *uel* grauitate *Wopkens* : ac ueritate *uel* grauitate *Orelli* : ac sanctitate *Laurent* 8 fraudes *AP* 10 petentes *AP* quos *P* : quod *A* 15 uetuit *A* : profiteri uetuit *P* 16 C̄ŌS̄ *A* : COS. *P* eum *P* : cum *A* 20 hiis *del.*, *dein suprascr.* his *A* 23 ab hinc *A* 24 sororis *bis posteriore eraso A* 25 Caesaris *A* 27 securos *AP* : secure *vel* securius *Rhenanus*

magnificentissimo munere aedilitatis edito decessit admo-
dum iuuenis, sane, ut aiunt, ingenuarum uirtutum laetusque
2 animi et ingeni fortunaeque, in quam alebatur, capax. post
cuius obitum Agrippa, qui sub specie ministeriorum princi-
palium profectus in Asiam, ut fama loquitur, ob tacitas
cum Marcello offensiones praesenti se subduxerat tempori,
reuersus inde filiam Caesaris Iuliam, quam in matrimonio
Marcellus habuerat, duxit uxorem, feminam neque sibi
neque rei publicae felicis uteri.

94 Hoc tractu temporum Ti. Claudius Nero, quo trimo, ut
praediximus, Liuia, Drusi Claudiani filia, despondente Ti.
2 Nerone, cui ante nupta fuerat, Caesari nupserat, innutritus
caelestium praeceptorum disciplinis, iuuenis genere, forma,
celsitudine corporis, optimis studiis maximoque ingenio
3 instructissimus, qui protinus quantus est, sperari potuerat
uisuque praetulerat principem, quaestor undeuicesimum
annum agens capessere coepit rem publicam maximamque
difficultatem annonae ac rei frumentariae inopiam ita Ostiae
atque in urbe mandatu uitrici moderatus est, ut per id,
4 quod agebat, quantus euasurus esset, eluceret. nec multo
post missus ab eodem uitrico cum exercitu ad uisendas
ordinandasque, quae sub Oriente sunt, prouincias, prae-
cipuis omnium uirtutum experimentis in eo tractu editis,
cum legionibus ingressus Armeniam, redacta ea in potesta-

2 ut aiunt ing. *BA* : ing. ut aiunt *P* 3 ingentis fortunae in quam al. capax *Scriner* : ingenii *AP* 8 foemina *A* 9 foelicis *A* 10 Ti.] T. *P* : T *A* trimo *Aldus* : primo *AP* 11 despondente *Gelenius, cf.* 79. 2 : resp. *AP* Ti Nerone *A* : Nerone *P*, *sed Burer* '*exemplar uet. uidetur habere* respondente ei Nerone' 16 uisuque praetulerat *Vrsinus* : uisusque prætulerit *AP* 17 capessere *AB* : capescere *P* 18 ac rei f. inopiam *ut interpolata del. Cornelissen* Ostiae atque *Rhenanus* : Ostia eratque *AP* 19 mandatu *Orelli* : mandatū *A* : mandato *P* uictrici *et paulo post* uictrico *AP* 22 que *om. A* 23 omnibus *A* tractu *Gelenius* : tractatu *AP*, *quod recepit Kritz tamquam significarit* in eius rei tractatione

tem populi Romani regnum eius Artauasdi dedit. † cuius
rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus liberos
suos ad Caesarem misit obsides.

Reuersum inde Neronem Caesar haud mediocris belli 95
mole experiri statuit, adiutore operis dato fratre ipsius
Druso Claudio, quem intra Caesaris penates enixa erat
Liuia. quippe uterque diuisis partibus Raetos Vindeli- 2
cosque adgressi, multis urbium castellorum oppugnationibus
nec non derecta quoque acie feliciter functi gentis locis
tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentis, feritate
trucis maiore cum periculo quam damno Romani exercitus,
plurimo cum earum sanguine perdomuerunt. ante quae 3
tempora censura Planci et Pauli acta inter discordiam
neque ipsis honori neque rei publicae usui fuerat, cum
alteri uis censoria, alteri uita deesset, Paulus uix posset
implere censorem, Plancus timere deberet, nec quidquam
obicere posset adulescentibus aut obicientis audire, quod
non agnosceret senex.

Mors deinde Agrippae, qui nouitatem suam multis rebus 96
nobilitauerat atque in hoc perduxerat, ut et Neronis esset
socer, cuiusque liberos nepotes suos diuus Augustus prae-

1 Artauzdi *AB*: Artauasdi *P*: '*restituendum Velleio* Artauzdi *multa persuadent. Nam littera* z *clare etiam incisa Mon. Anc. lat.* vi. 11 Artauazdis, *uel Armenio scribendi genere* Artauazd *commendatur*' *Thomas p.* 11 cuius *AP*: cuius 'sc. Ti. Neronis' *Thomas* p. 22 3 Cærem *del., dein suprascr.* Cæsarem *A* 4 inde *P*: deinde *del., dein suprascr.* in *A* 5 mole *Heinsius*: molem *P*: morem *A* 7 diuisis *AP*: *quod uindicauit Boot ex Liu.* 44. 11 e diuersis *Stanger, cf.* 109. 5 Raetos *A*: Rhetos *P* 8 et cast. *P*: castellorumque *Orelli cf. Novák p.* 98 9 ~~d&~~ derecta (*sic*) *A*: directa *P* gentes . . . frequentes . . . truces *AP* 10 difficilimas *A* 12 perdomuerunt. Ante *P*: perdomuere. Tantae *A* 14 ipsis *Gelenius*: ipsi *AP* fuerat *Orelli*: foret *AP* *uerba* cum alteri . . . timere deberet *om. A* 15 censori *P*: censoria *Burmann*: censoris *Gelenius* 16 nec (ne *P*) quicquam *AP* 17 obiicere, obiicientes *AP* *Malim* quod non ipse in se a. s. 19 Agrippe *A* 20 et *AP*, *num* etiam? 21 diuus] D. *AP*

positis Gai ac Luci nominibus adoptauerat, admouit propius
Neronem Caesari: quippe filia Iulia eius, quae fuerat
2 Agrippae nupta, Neroni nupsit. subinde bellum Panno-
nicum, quod inchoatum † Agrippa Marcoque Vinicio, auo
tuo, COS, magnum atroxque et perquam uicinum imminebat
3 Italiae, per Neronem gestum est. gentes Pannoniorum
Delmatarumque nationes situmque regionum ac fluminum
numerumque et modum uirium excelsissimasque et multi-
plicis eo bello uictorias tanti imperatoris alio loco explica-
bimus: hoc opus seruet formam suam. huius uictoriae
compos Nero ouans triumphauit.

97 Sed dum in hac parte imperi omnia geruntur prosperrime,
accepta in Germania clades sub legato M. Lollio, homine
in omnia pecuniae quam recte faciendi cupidiore et inter
summam uitiorum dissimulationem uitiosissimo, amissaque
legionis quintae aquila uocauit ab urbe in Gallias Caesarem.
2 cura deinde atque onus Germanici belli delegata Druso
Claudio, fratri Neronis, adulescenti tot tantarumque uir-
tutum, quot et quantas natura mortalis recipit uel industria
perficit. cuius ingenium utrum bellicis magis operibus an
3 ciuilibus suffecerit artibus, in incerto est: morum certe
dulcedo ac suauitas et aduersus amicos aequa ac par sui
aestimatio inimitabilis fuisse dicitur; nam pulchritudo
corporis proxima fraternae fuit. sed illum magna ex parte
domitorem Germaniae, plurimo eius gentis uariis in locis
profuso sanguine, fatorum iniquitas consulem, agentem

2 Iulia filia *Haase*: filia eius I. *Gelenius*, *ut* 100. 2, *cf. Novák p.* 66 3 Agrippa nuptae *A* 4 *corruptus locus quem nemodum emendauit* 5 COS *A*: COSS *P*: *Lipsius scribebat* inch. [ab] Agrippa, Marco Vinicio, a. tuo, consule: *fortasse* sub Agrippa, [Q. Lucretio] Marcoque Vinicio, a. t., consulibus pro quam *A* 6 pannoriorum *del.*, *dein suprascr.* pannonicorum *A* 7 Delm. *AB*: Dalm. *P* 8 multiplices *AP* 9 colo *del.*, *dein suprascr.* loco *A* 12 imperi *AP* 13 Lolio *AP* 15 uictorum *A* 20 perficit *Lipsius*, *cf.* ii. 2. 2 tantis denique adornatus uirtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis condicio recipit: percipit *AP* 21 armis *del.*, *dein suprascr.* artibus *A* 25 genitis *A*

annum tricesimum, rapuit. moles deinde [eius] belli trans- 4
lata in Neronem est: quod is sua et uirtute et fortuna
administrauit peragratusque uictor omnis partis Germaniae
sine ullo detrimento commissi exercitus, quod praecipue
huic duci semper curae fuit, sic perdomuit eam, ut in formam
paene stipendiariae redigeret prouinciae. tum alter tri-
umphus cum altero consulatu ei oblatus est.

Dum ea, quae diximus, in Pannonia Germaniaque ge- 98
runtur, atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis
nationibus in arma accensis, L. Pisonis, quem hodieque
diligentissimum atque eundem lenissimum securitatis urba-
nae custodem habemus, uirtus compressit (quippe legatus 2
Caesaris triennio cum his bellauit gentisque ferocissimas
plurimo cum earum excidio nunc acie, nunc expugnationibus
in pristinum pacis redegit modum), eiusque patratione Asiae
securitatem, Macedoniae pacem reddidit. de quo uiro hoc 3
omnibus sentiendum ac praedicandum est, esse mores eius
uigore ac lenitate mixtissimos et uix quemquam reperiri
posse, qui aut otium ualidius diligat aut facilius sufficiat
negotio et magis quae agenda sunt curet sine ulla ostenta-
tione agendi.

Breui interiecto spatio Ti. Nero duobus consulatibus 99
totidemque triumphis actis tribuniciae potestatis consortione
aequatus Augusto, ciuium post unum, et hoc, quia uolebat,
eminentissimus, ducum maximus, fama fortunaque cele-
berrimus et uere alterum rei publicae lumen et caput, mira 2
quadam et incredibili atque inenarrabili pietate, cuius causae
mox detectae sunt, cum C. Caesar sumpsisset iam uirilem
togam, Lucius item maturus esset † uiris, ne fulgor suus

eius
1 belli (*sic*) *A* : *fortasse* eius *omittendum erat* 3 peruagatusque *Ruhnken* omnis partis *A* 6 pene *A* regeret *A* 8 quae praediximus *P* 10 Lucii *AP* 13 his *AP*: iis *Halm* gentesque *AP* 18 rigore *Vrsinus* 22 Ti. *P* : T. *A* 29 Lucius] L. *AP* uiris *AP* : ueritus *Vascosanus* : uiribus *Bipontina ed.* : curis *Heinsius* : uir ; is *Laurent* : *fortasse* Lucius eidem maturus esset, uir is (*sc.* Tiberius)

orientium iuuenum obstaret initiis, dissimulata causa consili sui, commeatum ab socero atque eodem uitrico adquie-
3 scendi a continuatione laborum petiit. quis fuerit eo tempore ciuitatis habitus, qui singulorum animi, quae digredientium a tanto uiro omnium lacrimae, quam paene ei patria
4 manum iniecerit, iusto seruemus operi: illud etiam in hoc transcursu dicendum est, ita septem annos Rhodi moratum, ut omnes, qui pro consulibus legatique in transmarinas profecti prouincias, uisendi eius gratia tamquam ad principem conuenientes semper priuato, si illa maiestas priuata umquam fuit, fasces suos summiserint fassique sint otium eius honoratius imperio suo.

100 Sensit terrarum orbis digressum a custodia Neronem urbis: nam et Parthus desciscens a societate Romana adiecit Armeniae manum et Germania auersis domitoris
2 sui oculis rebellauit. at in urbe eo ipso anno, quo magnificentissimis gladiatorii muneris naumachiaeque spectaculis diuus Augustus abhinc annos XXX se et Gallo Caninio consulibus, dedicato Martis templo animos oculosque populi Romani repleuerat, foeda [in] dictu memoriaque horrenda
3 in ipsius domo tempestas erupit. quippe filia eius Iulia, per omnia tanti parentis ac uiri inmemor, nihil, quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria libidine infectum reliquit magnitudinemque fortunae suae peccandi licentia

1 consilii *AP* 2 uictrico *A* 4 quae digredientium *om. in textu, add. in marg. A* 5 a tanto *P*: & anto *A* pene *A* 7 moratum *BA*: moratum *est *P* 8 legati^{s}que *A* (*sic*) sunt *add. Halm* 9 tamquam ad principem *scripsi*: ad quem *AP* 10 priuato si illa *Aldus*: priuatos illa *AP* umquam *Aldus*: numquam *AP* 12 *post* honoratius *Novák addebat* esse 16 magnificentissimis *Cuper, cf.* 56. 1: magnificentissimi *AP* 18 diuus] D. *AP* XXX *A*: XXX. *P* 19 $\overline{\text{COS}}$ *A*: COSS. *P* animo *A* 20 foedã in dictu *A*, *sed* ~ *inducto*: foeda dictu *P* 21 In *del.*, *dein suprascr.* in *A si recte interpretatus sum* 22 imm. *AP* 23 libide *del.*, *dein suprascr.* libidine *A*: libidineue *Halm*, *refragante Novák p.* 68, *qui praetulit Orellianum* ac libidine. *Riguez seruauit asyndeton*, *quem sequor* 24 pecandi *A*

metiebatur, quidquid liberet pro licito uindicans. tum 4
Iulius Antonius, singulare exemplum clementiae Caesaris, uiolator eius domus, ipse sceleris a se commissi ultor fuit (quem uicto eius patre non tantum incolumitate donauerat, sed sacerdotio, praetura, consulatu, prouinciis honoratum, etiam matrimonio sororis suae filiae in artissimam adfinitatem receperat), Quintiusque Crispinus, singularem nequitiam 5
supercilio truci protegens, et Appius Claudius et Sempronius Gracchus ac Scipio aliique minoris nominis utriusque ordinis uiri, quas cuiuslibet uxore uiolata poenas pependissent, pependere, cum Caesaris filiam et Neronis uiolassent coniugem. Iulia relegata in insulam patriaeque et parentum subducta oculis, quam tamen comitata mater Scribonia uoluntaria exili permansit comes.

Breue ab hoc intercesserat spatium, cum C. Caesar ante **101**
aliis prouinciis ad uisendum obitis in Syriam missus, conuento prius Ti. Nerone, cui omnem honorem ut superiori habuit, tam uarie se ibi gessit, ut nec laudaturum magna nec uituperaturum mediocris materia deficiat. cum rege Parthorum, iuuene excelsissimo, * * insulae quam amnis Euphrates ambiebat, aequato utriusque partis numero coiit. quod spectaculum stantis ex diuerso hinc Romani, illinc 2
Parthorum exercitus, cum duo inter se eminentissima imperiorum et hominum coirent capita, perquam clarum et

1 quicquid *AP* uindicans *suprascr.* indicans *A* : iudicans *Rhenanus* 2 Iulius *AP*: Iulus *Schegk ut Hor. C.* iv. 2. 2. *Sed in Tac. Ann.* i. 10, iii. 18 *Mediceus habet* Iulios, Iulii, *et sic uidentur habere codices Dionis C.* 51. 15; 54. 26; 55. 1. *Vide Borghesi Osseruazione Numismatiche Decad.* x. *pp.* 6–12 6 arctissimam *P* 10 quas *Orelli*: quasi *AP* pependissent *A* : *om. P. Locum Orelli restituit ex A. cf. Sriner p.* 104 11 uxorem *del., dein suprascr.* coniugem *A* 14 uoluntaria *Lipsius*: uoluntarii *AP* exilii *AP* 16 ad uisendum *Lipsius*: adsidendum *BA* : ad sedandum *P* 17 T. *A* 19 sufficiat *del., dein* deficiat *A* 20 excelsissimae (e *A*) insulae (e *A*) *AP*: excelsissimo *Gelenius* : *lacunam posui*: in ripa ins. *Gruner*: excelsissimae indolis in insula *Orelli*: in fine excelsissimae insulae *Sriner* : *fortasse* in ora 21 coiit *P*: colit *A* 23 impe~~ratorum~~ riorum *A* (*sic*) : *scribendumne* imperatorum? *h. e. inter imperatores et homines qui duo eminentissimi erant* 24 perquem *A*

memorabile sub initia stipendiorum meorum tribuno militum
3 mihi uisere contigit: quem militiae gradum ante sub patre
tuo, M. Vinici, et P. Silio auspicatus in Thracia Macedonia-
que, mox Achaia Asiaque et omnibus ad Orientem uisis
prouinciis et ore atque utroque maris Pontici latere, haud
iniucunda tot rerum, locorum, gentium, urbium recordatione
perfruor. prior Parthus apud Gaium in nostra ripa, poste-
rior hic apud regem in hostili epulatus est.

102 Quo tempore M. Lolli, quem ueluti moderatorem iu-
uentae filii sui Augustus esse uoluerat, perfidiam et
plena subdoli ac uersuti animi consilia, per Parthum in-
dicata Caesari fama uulgauit: cuius mors intra paucos
dies fortuita an uoluntaria fuerit ignoro. sed quam
hunc decessisse laetati homines, tam paulo post obisse
Censorinum in iisdem prouinciis grauiter tulit ciuitas,
2 uirum demerendis hominibus genitum. Armeniam deinde
Gaius ingressus prima parte introitus prospere *rem* gessit;
mox in colloquio, cui se temere crediderat, circa Arta-
geram grauiter a quodam, nomine Adduo, uulneratus,
ex eo ut corpus minus habile, ita animum minus utilem
3 rei publicae habere coepit. nec defuit conuersatio homi-
num uitia eius adsentatione alentium (etenim semper mag-
nae fortunae comes adest adulatio), per quae eo ductus

1 *in A inducta est prima littera* m (? in) *uocabuli* meorum 3 M. Vinici *AP*, *sed Burer adnotauit Murbacensem sic habere ut potius legendum existimaret* M. Vinicio 4 uisis *AP*: '*alias* usus' *Rhenanus*: *fortasse* uersus, *ut Bothe coni.* 7 Gaium *A*: Caium *P* 9 Lolli *AP* iuuæntæ *A* 10 perfidia *A*, *quod correxi*: perfida *P* 12 Caesari fama u. *Lipsius*: Caesaris iam auulgauit *AP*. *Plin. H. N.* 9. 118 hic est rapinarum exitus, hoc fuit quare M. Lollius infamatus regum muneribus in toto Oriente interdicta amicitia a C. Caesare Augusti filio uenenum biberet 13 fuerit dignior *A*: fuerit ignoro *P*: *fortasse* fortuita an uoluntaria fuerit indignior, nescio 14 obiisse *A*: odisse *marg. A*: obisse *P* 17 Gaius *add. Krause* rem *add. Heinsius* 18 conloquio *Gelenius*: conloquium (coll. *A*) *AP* cum *suprascr.* cui *A* Artagera *Muretus ex Zonara p.* 539 *D*: Artageram *uindicauit Thomas p.* 12 23 comes est *A*

erat, ut in ultimo ac remotissimo orbis terrarum angulo
consenescere quam Romam regredi mallet. diu dein
reluctatus inuitusque reuertens in Italiam ,in urbe Lyciae
(Limyra nominant) morbo obiit, cum ante annum ferme
L. Caesar frater eius Hispanias petens Massiliae decessisset.

Sed fortuna, quae subduxerat spem magni nominis, iam **103**
tum rei publicae sua praesidia reddiderat: quippe ante
utriusque horum obitum patre tuo P. Vinicio consule Ti.
Nero reuersus Rhodo incredibili laetitia patriam repleuerat.
non est diu cunctatus Caesar Augustus; neque enim quae- 2
rendus erat quem legeret, sed legendus qui eminebat. itaque 3
quod post Luci mortem adhuc Gaio uiuo facere uoluerat
atque eo uehementer repugnante Nerone erat inhibitus, post
utriusque adulescentum obitum facere perseuerauit, ut et
tribuniciae potestatis consortionem Neroni constitueret,
multum quidem eo cum domi tum in senatu [recusante,]
et eum Aelio Cato *C.* Sentio consulibus V. Kal. Iulias,
post urbem conditam annis † DCCLIIII, abhinc annos
XXVII adoptaret. laetitiam illius diei concursumque ciui- 4
tatis et uota paene inserentium caelo manus spemque
conceptam perpetuae securitatis aeternitatisque Romani

1 ~~orbis~~ terrarum orbis *A* (*sic*): terrarum orbis *P* 2 Diu de re luctatus *A*: Deinde reluctatus *P*: diu reluctatus *an* de reditu luctatus *legendum esset, dubitauit Burer illud tamen praeferens*: diu deinde rel. *Ruhnken*: diu dein rel. *scripsi* 4 Ly(i *A*)mira *BA*: Limyram *P* quom *P*: quo *A* 5 L. *Gelenius*: quinquagesimum *AP* Massiliae *AB*: Massilia *P* 9 COS. *A*: COS. *P* Tib. *P*: T. *A* 12 legerat *BA* 13 Luci] L. *AP* Gaio] C. *AP* 14 quae eo *A*: atque *P*: '*ex uestigiis uetusti codicis apparebat pro* atque, eo que *siue* eo quod *scriptum: nam uestigia literarum uix poterant uideri prae uetustate*' *Burer*: eoque *Thomas*: atque eo *praetuli*: *de pronomine Thomas disputauit p.* 15 15 adulescentum *A*: adulescentium *P* 17 eum *del., dein suprascr.* eo *A* recusante *om. A* 18 C. *add. Aldus* COS *A*: COSS. *P* 19 DCCLIIII. *P*: ACC·LIIII *A*: ACC·I.·IIII·*B* annos *A*: annis *P* 21 pene *A* celo *A* manuq. spem quae *A* 22 conceptam *Boecler*: conceptae *AP*

imperi uix in illo iusto opere abunde persequi poterimus,
5 nedum hic implere temptemus. *satis erit* id unum dixisse quam * * ille omnibus fuerit. tum refulsit certa spes liberorum parentibus, uiris matrimoniorum, dominis patrimoni, omnibus hominibus salutis, quietis, pacis, tranquillitatis, adeo ut nec plus sperari potuerit nec spei responderi felicius.

104 Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippae Iulia enixa erat, sed in Neronis adoptione illud adiectum his ipsis Caesaris uerbis: hoc, inquit, rei
2 publicae causa facio. non diu uindicem custodemque imperi sui morata in urbe patria protinus in Germaniam misit, ubi ante triennium sub M. Vinicio, auo tuo, clarissimo uiro, inmensum exarserat bellum. erat † et ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter, eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione
3 operum ornamenta triumphalia. hoc tempus me, functum ante tribunatu, castrorum Ti. Caesaris militem fecit: quippe protinus ab adoptione missus cum eo praefectus equitum in Germaniam, successor officii patris mei, caelestissimorum eius operum per annos continuos † VIII praefectus aut legatus spectator, tum pro captu mediocritatis meae adiutor fui. neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile condicio mortalis recipere uidetur mihi, cum per celeberrimam Italiae

1 imperii *AP* 2 hic *Gelenius*: hinc *AP* temptemus id (tentemus: *id *P*) unum dixisse quam ille omnibus fuerit *AP* 3 contenti *post* dixisse, carus *post* ille *Rhenanus*, iuuat *post* dixisse, carus *post* fuerit *Burer addebant*: id u. dix. sat est quam i. o. fuerit carus (dilectus) *Laurent* quam faustus *Halm*: quam felix *Novák*: quanti *pro* quam *Rosenheyn* 5 patrimonii *AP* 6 respondere felitius *A* 8 adoptatus *om. A* eodem *Krause* 12 imperii *AP* 13 ubi *P*: uti *A* tricennium *Boot* 14 imm. *AP* id *Lipsius* 16 ei *P*: & *A* 18 tribunatū *prius A* Tib. *P*: T. *A* 19 *et* 21 pref. *A* 20 ~~mei~~ patris mei *A* (*sic*) cel. *A* 21 VIII *A*: VIIII. *P* 22 spectator, tum *Thomas*: spectatum *A*: spectatus *P*, *quod frustra uindicauit Laurent*: spectator et *Gelenius*: sp. aut *Cludius* mae *del., dein suprascr.* meae *A* 23 fructus *B*: fruitus *P*: functus *A*

partem tractum*que* omnem Galliae prouinciarum ueterem
imperatorem et ante meritis ac uirtutibus quam nomine
Caesarem reuisentes sibi quisque quam illi gratularentur
plenius. at uero militum conspectu eius elicitae gaudio 4
lacrimae alacritasque et salutationis noua quaedam exultatio
et contingendi manum cupiditas non continentium protinus
quin adicerent, 'uidemus te, imperator? saluum recipimus?'
ac deinde 'ego tecum, imperator, in Armenia, ego in Raetia
fui, ego a te in Vindelicis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus sum,' neque uerbis exprimi et fortasse uix
mereri fidem potest.

Intrata protinus Germania, subacti Canninefates, Attuarii, 105
Bructeri, recepti Cherusci, † gentis utinam minus mox nostra
clade nobilis, transitus Visurgis, penetrata ulteriora, cum
omnem partem asperrimi et periculosissimi belli Caesar
uindicaret, [in] iis, quae minoris erant discriminis, Sentium
Saturninum, qui tum legatus patris eius in Germania fuerat,
praefecisset, uirum multiplicem [in] uirtutibus, gnauum, 2
agilem, prouidum militariumque officiorum patientem ac
peritum pariter, sed eundem, ubi negotia fecissent locum
otio, liberaliter lauteque eo abutentem, ita tamen, ut eum
splendidum aut hilarem potius quam luxuriosum aut desidem

1 tractumq. *Cludius*: tractum *AP* 2 uirtutibus *Lipsius*: uiribus *AP* 3 quisq. quam *P*: quisquam *A* 4 at *om. A* elicitae *P*: felicitate *A* 5 lachrymae *P* 7 adiicerent *AP*, *quod correxi* recepimus *P* 12 subacta *A* cam ui faciat Tuari Bruoteri *A*: Caninifaci, Attuari Bruteri *P*: '*sic leges*, Caninefates Cattuari Bructeri' *Rhenanus* 13 Cherusci *P*: Ceruisci *A* gentis (-tes *P*) et inamminus *AB*: et *inamninus *P*: et utinam minus m. n. c. n., t. Visurgis *Voss*: gentes utinam minus m. n. c. nobiles *Friebel Satyrogr. Graecor. Fragm. p.* 151 (1837): gens utinam m. *Fröhlich*: *fortasse* genus . . . nobile *h. e.* '*a stock, breed.*' 14 transitu *AP* Viturgis *A*, *teste Fechtero* 16 in *AP*, *om. Krause, Herel* 17 tum] iam *Gruner* 18 in uirtutibus *AP*: in *del. Raphelengius* nauum *P* 19 pacientem *A* 20 *post* locum *deletum est in A* c̄o liberaliter 21 eo *om. A* 22 aut hilarem *Ruhnken*: Athilam *A*: ac hilarem *P*: atque h. *Orelli* Audesidem *A*: aut desidem *P*: ac des. *Halm*

diceres: de cuius uiri claro ingenio celebrique consulatu
3 praediximus. anni eius aestiua usque in mensem Decembrem perducta inmanis emolumentum fecere uictoriae. pietas sua Caesarem paene obstructis hieme Alpibus in urbem traxit; ad tutelam imperi eum ueris initio reduxit in Germaniam, in cuius mediis finibus ad caput † Iuliae fluminis hiberna digrediens princeps locauerat.

106 Pro dii boni, quanti uoluminis opera insequenti aestate sub duce Tiberio Caesare gessimus! perlustrata armis tota Germania est, uictae gentes paene nominibus incognitae, receptae Cauchorum nationes: omnis eorum iuuentus infinita numero, inmensa corporibus, situ locorum tutissima, traditis armis una cum ducibus suis saepta fulgenti armatoque militum nostrorum agmine ante imperatoris procubuit
2 tribunal. fracti Langobardi, gens etiam Germana feritate ferocior; denique quod numquam antea spe conceptum, nedum opere temptatum erat, ad quadringentesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundurorumque fines praeterfluit, Romanus cum signis
3 perductus exercitus. et eadem mira felicitate et cura ducis, temporum quoque obseruantia, classis, quae Oceani circumnauigauerat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subuecta, *cum* plurimarum gentium uictoria,

1 claroq. ingenio celebrique ~~ingenio~~ consulatu *A* (*sic*): claro celebrique cons. *P* 4 *et* 10 pene *A* extructis *AP*: obs. *Gelenius* 5 ad tutelam imperii: eum *AP*, *sequor Vossii distinctionem*: at tutela i. eum u. i. reduxit *Lipsius*, *prob. Kritz et Halm* initi *AP*: 'alias ueris initio' *Rhenanus* 6 Lupiae *Lipsius* 7 hyberna *P* 8 in sequentiā *A* 10 est *del. Herel*, *Gudeman* ęgentes *A* 12 infinito *A* immensa *P* tutissimam traditus (*corr. in* traditis) *A* 13 septa *AP* 15 Langobardi *B*: Longobardi *AP* gene *A* 16 ante alpes *del.*, *dein suprascr.* antea spes *A* 17 tentatum *AP* quadrigentesimum *A* 18 Aibim *A* Semnonum *Puteanus*, *cf. Mon. Ancyr.* v. 17 *Mommsen*: Senonum *AP* 19 Hermundurorumque *Miller* (1756): Hermundorumque *AP* 20 eadem *Kritz*: eodem *AP* fæl. *A* 22 maris flumine labi *A* 23 cum *addidi*: parta *add. Halm* uictori *Burmann*: uictrix *Maduig*: post pl. g. uictoriam *Freudenberg*: a pl. g. uictoria *Thomas et Gudeman*

cum abundantissima rerum omnium copia, exercitui Caesari-
que se iunxit.

Non tempero mihi quin tantae rerum magnitudini hoc, **107**
qualecumque est, inseram. cum citeriorem ripam praedicti
fluminis castris occupassemus et ulterior armata hostium
uirtute fulgeret, sub omnem motum *undecum*que nostrarum
nauium protinus refugientium, unus e barbaris aetate senior,
corpore excellens, dignitate, quantum ostendebat cultus,
eminens, cauatum, ut illis mos est, ex materia conscendit
alueum solusque id nauigi genus temperans ad medium
processit fluminis et petiit, liceret sibi sine periculo in eam,
quam armis tenebamus, egredi ripam ac uidere Caesarem.
data petenti facultas. tum appulso lintre et diu tacitus 2
contemplatus Caesarem, nostra quidem, inquit, furit iuuen-
tus, quae cum uestrum numen absentium colat, praesentium
potius arma metuit quam sequitur fidem. sed ego beneficio
et permissu tuo, Caesar, quos ante audiebam, hodie uidi
deos, nec feliciorem ullum uitae meae aut optaui aut sensi
diem. impetratoque ut manum contingeret, reuersus in
nauiculam, sine fine respectans Caesarem ripae suorum
appulsus est. uictor omnium gentium locorumque, quos 3
adierat Caesar, cum incolumi inuiolatoque et semel tantum-
modo magna cum clade hostium fraude eorum temptato

1 Caesarisque *A* 3 Nont *del., dein suprascr.* Non *A* 5 ulteriora *A* 6 iuuentute *P* motūq. qi (qi *pallidiore atramento ut paene deletum uideatur*) *A* : metumque *Burer, sed adnotauit* '*inter* omnem motumque *quiddam deesse uidetur*' : motum *P*: cuiuscumque *Heinsius* : sub nutum motumque *Walter* : sub o. conatum motumque *Iacobs* : sub o. motum conatumque *Halm* : undecumque *scripsi, cf. Sen. de Vit. beata* 27 rupis quam fluctus non desinunt, undecumque moti sunt, uerberare 7 auium *A* 10 nauigii *AP* 12 tenebamus *P*: tendebamus *BA* 13 data *BA* : data a Caesare *P*, '*Hoc* a Cæsare *in uetusto cod. non reperitur, unde unde hic immigrarit*' *Burer* adp. *AP et sic* 21 lynthre *A* et *om. Vascosanus* 17 et *A* : ac *P* ho *tantummodo legi in A ceteris litteris erasis uel abscissis in fine uersus* 18 ĩłł ullum *A* (*sic*) 19 impetr. *P* : imper. *AB*

exercitu in hiberna legiones reduxit, eadem qua priore anno festinatione urbem petens.

108 Nihil erat iam in Germania, quod uinci posset, praeter gentem Marcomannorum, quae Maroboduo duce excita sedibus suis atque in interiora refugiens incinctos Hercyniae
2 siluae campos incolebat. nulla festinatio huius uiri mentionem transgredi debet. Maroboduus, genere nobilis, corpore praeualens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum neque mobilem et ex uoluntate parentium constantem inter suos occupauit principatum, sed certum imperium uimque regiam complexus animo statuit auocata procul a Romanis gente sua eo progredi, ubi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. occupatis igitur, quis praediximus, locis finitimos omnis aut bello domuit aut condicionibus iuris sui fecit.

109 Corpus sui incustoditum *ante* imperi, perpetuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam redactum, breui in eminens et nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium gerebatque se ita aduersus Romanos, ut neque bello nos *lacesseret*, *et si* lacesseretur, superesse sibi uim ac uolun-
2 tatem resistendi *ostenderet.* legati, quos mittebat ad Caesares,

4 Marcomanorum *P* Maraboduo *A* 5 int. *Gelenius*: inferiora *AP* Herciniæ siluæ *AP*: -a -a *Heinsius* 7 debet] d; *A* 8 preu. *A* 10 parentium *BA*: parentum *P* 11 cōpl. *AP* 13 propter *quod Maduig delebat probante Woelfflin Archiv. Lat. Lex.* i. 163, *nuper uindicauit Novák* 14 quis *BA*: quos *P*: quis *corr. ex* quos *A* *ante* quis *in A deletum est* his 16 *sic correxi*: suum custodia tum imperium *AP*: custoditum '*potius legendum*' *Burer*: Corpus sui custodia tutum imperii *Heinsius*: C. suum custodia tuitus *Sauppe*: Corpus sui custoditum imperi *Kritz, ex Floro* iv. 3. 5, *Tacito Hist.* i. 16, *Seneca de Clem.* ii. 2 *adlatis locis ubi* corpus imperii *eodem modo dictum est*: Corpus suum custodientium imperium *Madwig prob. Halm* 19 gerebatque *A*, rebat *deletum est in A ante* gerebatque 20 lacesseret, at si *suppleuit Rhenanus* 21 ostenderet *add. Burmann*: 'declararet, *uel simile quippiam hic deesse uidetur. nam hic in exemplari lacunulam omissae dictionis offendimus*' *Rhenanus*: ut neque bello nos lacesseret et superesse sibi uim ac uoluntatem resistendi ostenderet *Kritz ex coni. Rosenheynii* legato/ *prius A* Caesares *P et corr. A*: Caesarem *A m. pr.*

interdum ut supplicem commendabant, interdum ut pro pari
loquebantur. gentibus hominibusque a nobis desciscentibus
erat apud eum perfugium, † totumque ex male dissimulato
agebat aemulum; exercitumque, quem LXX milium peditum,
quattuor equitum fecerat, adsiduis aduersus finitimos bellis
exercendo maiori quam, quod habebat, operi praeparabat:
eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad laeuam 3
et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum
haberet Noricos, tamquam in omnes semper uenturus ab
omnibus timebatur. nec securam incrementi sui patiebatur 4
esse Italiam, quippe cum a summis Alpium iugis, quae
finem Italiae terminant, initium huius finium haud multo
plus CC milibus passuum abesset. hunc uirum et hanc 5
regionem proximo anno diuersis e partibus Ti. Caesar
adgredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per Chattos
excisis continentibus Hercyniae siluis legiones Boiohaemum
(id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est), ipse
a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte
erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere in Marcomannos orsus est.

Rumpit, interdum moratur proposita hominum fortuna. 110
praeparauerat iam hiberna Caesar ad Danubium admotoque exercitu non plus quam quinque dierum iter a primis
hostium * * Saturninum admouere *ei* placuerat, paene 2

3 totumque *AP*: totusque *Heinsius*: perf. tutum. denique *Haase* 4 LX *A*: L̅X̅. *P*, *at Burer* '*ex uestigiis uet. cod. apparet .LXX. fuisse eraso X posteriore*' 5 quatuor *AP* 6 opi *A* 10 tuebatur *deletum est in A ante* timebatur ingrem. *A* pacieb. *A* 12 huius *Heinsius*: cuius *AB*: eius *P* 13 passum *A* 14 Tib. *P*: T. *A* 15 Catthos *AP* 16 Botohaemum *A*: Boiohoemum *P*: duceret *add. Lipsius*: *post quod Dodwell lacunam statuebat, qua belli exitum, quem cum Maroboduo Tiberius habuerit, distinctius enarrauerit* § 3, *p.* 6 *ed. Krausianae* 18 a Carnunto *P*: Acarnanto *del., dein suprascr.* Ac. arnumho *A* 19 duceret *A* 21 iter dum *A*: Rumpit interdum, interdum m. *Heinsius*: R. int. maturata pr. *Warburton*: *fortasse* itidem 24 aberat et legiones etiam quas *suppleuit Haupt* admouere ei *Haupt*: admoueri *AP* pæne eq. *A*

aequali diuisae interuallo ab hoste intra paucos dies in
praedicto loco cum Caesare *se* iuncturae erant, cum uni-
uersa Pannonia, insolens longae pacis bonis, adulta uiribus,
Delmatia omnibusque tractus eius gentibus in societatem
3 adductis consili, arma corripuit. tum necessaria gloriosis
praeposita neque tutum uisum abdito in interiora exercitu
uacuam tam uicino hosti relinquere Italiam. gentium
nationumque, quae rebellauerant, omnis numerus amplius
† DCCC milibus explebat; CC fere peditum colligebantur
4 armis habilia, equitum VIIII. cuius inmensae multitudinis,
parentis acerrimis ac peritissimis ducibus, pars petere
Italiam decreuerat iunctam sibi Nauporti ac Tergestis
confinio, pars in Macedoniam se effuderat, pars suis sedi-
bus praesidium esse destinauerat. maxima duobus Bato-
5 nibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat. in omnibus
autem Pannoniis non disciplinae tantummodo, sed linguae
quoque notitia Romanae, plerisque etiam litterarum usus et
familiaris animorum erat exercitatio: itaque hercules nulla
umquam natio tam mature consilio belli bellum iunxit ac
6 decreta patrauit. oppressi cives Romani, trucidati nego-
tiatores, magnus uexillariorum numerus ad internecionem ea
in regione, quae plurimum ab imperatore aberat, caesus,

2 se *hic add. Krause* cum *P*: tum *BA* 3 et adulta *P* adiuta uiribus Delmatiae *Vrsinus* 5 consilii *Fröhlich*: constitit *AP*: constituto *Voss* 6 abdito *A*: addito *P* 7 relinquere Italiam *P*: relinquere *om. A*, *unde suspicor scribendum potius* Italiam relinquere 9 ACCC. *P*: accc *A*: DCCC *Gelenius* 11 parentis *BA*: pars *P* petere *BA*: properare in *P* 13 in M. effugerat *AP*: se in M. effuderat *Vrsinus*: in M. se effuderat *Ruhnken*, *ut* i. 4. 3; ii. 112. 4 14 proxima *AP*: maxima *Heinsius*, *sic et* 114. *fin.* duobus Batonibus *AP*, *cf. Dion. C.* 55. 29, 30, οἱ Βάτωνες 32 *Rhenanus tamen p.* 70 *adnotauit* '*sic legendum puto* Proxima Batoni ac Pineti ducibus a. erat,' *allegatis Vell.* ii. 114. 4 *et Suet. Tib.* 20 *ubi unius tantum Batonis mentio fit*: Batoni ac P. ducibus *uel* duobus ducibus Batoni ac P. *Halm*, *fere ut Vrsinus* 16 discipline *A* 18 armorum *Bothe* 19 maturac *A* 20 negoc. *AP* 21 internct. *AP*

occupata armis Macedonia, omnia et in omnibus locis igni ferroque uastata. quin etiam tantus huius belli metus fuit, ut stabilem illum et firmatum tantorum bellorum experientia Caesaris Augusti animum quateret atque terreret.

Habiti itaque delectus, reuocati undique et omnes uete- III
rani, uiri feminaeque ex censu libertinum coactae dare militem. audita in senatu uox principis, decimo die, ni caueretur, posse hostem in urbis Romae uenire conspectum. senatorum equitumque Romanorum exactae ad id bellum operae: pollicitati. omnia haec frustra praeparassemus, 2
nisi qui illa regeret fuisset. itaque ut praesidium ultimum res publica ab Augusto ducem in bellum poposcit Tiberium. habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi 3
ministeri locum. finita equestri militia designatus quaestor necdum senator aequatus senatoribus, etiam designatis tribunis plebei, partem exercitus ab urbe traditi ab Augusto perduxi ad filium eius. in quaestura deinde remissa 4
sorte prouinciae legatus eiusdem ad eundem missus sum. quas nos primo anno acies hostium uidimus! quantis prudentia ducis oportunitatibus furentis eorum uires uniuersas

2 quin *Vascosanus*: quia *AP* etiam tantus *A*: t. etiam *P* il *del.*, *dein* huius *A*, *coeperat scribere* illius 3 firmatum *Burer ex coniectura*: formatum *BA*: fortunatum *P* 5 *Post* terreret *Haase transponebat* III. 1 audita in senatu . . . pollicitati 6 dilectus *A*: delectus *P* reuocatus *AP*: reuocati *Gelenius* 8 militem *Rhenanus*: militum *AP* 11 operae, pollicitati omnia haec *A*: operae. Pollicitati. Omnia h. *P*, *secutus sum distinctionem Hottingeri* 12 ultimum *Lipsius*: militum *AP*, *quod Thomas cum postposito* ducem *coniungit*: unicum *Gruter* 15 ministri *AP*: ministerii *Lipsius*, *quod Kritz tuetur ex Liu.* iv. 8 speciosi ministerii procurationem, *Val. Max.* viii. 13. 1 speciosissimis reip. ministeriis eq. uestri *A* 16 et iam *Gelenius* designatus tribunus *Rhenanus et Popma* 18 perduxit *AP*: perduxi *Rhenanus* 19 prouintiae *A* missus sum *Halm*: missum *A*: missus *P* 21 ducis usi o. *Heinsius*: opp. *A*: *sed* op. 115. 5. 120. 4 furentis *A*: furenteis *PB*,
i
fuerat fortasse in Murb. furentes eorum *AB*: in eum *P*

euasimus, elusimus partibus! quanto cum temperamento † simul utilitatis res auctoritate imperatoris agi uidimus! qua prudentia hiberna disposita sunt! quanto opere inclusus custodiis exercitus nostri, ne qua posset erumpere inopsque copiarum et intra se furens uiribus hostis elanguesceret!

112 Felix euentu, forte conatu prima aestate belli Messalini
2 opus mandandum est memoriae. qui uir animo etiam
quam gente nobilior dignissimus*que*, qui et patrem Coruinum
habuisset et cognomen suum Cottae fratri relinqueret,
praepositus Illyrico subita rebellione cum semiplena legione
uicesima circumdatus hostili exercitu amplius uiginti milia
[hostium] fudit fugauitque et ob id ornamentis triumphalibus
3 honoratus est. ita placebat barbaris numerus suus, ita
fiducia uirium, ut ubicumque Caesar esset, nihil in se
reponerent. pars exercitus eorum, proposita ipsi duci et
ad arbitrium utilitatemque nostram macerata perductaque
ad exitiabilem famem, neque instantem sustinere neque † ut
facientibus copiam pugnandi derigentibusque aciem ausa
congredi occupato monte Claudio munitione se defendit.
4 at ea pars, quae obuiam se effuderat exercitui, quem A.
Caecina et Siluanus Plautius consulares ex transmarinis
adducebant prouinciis, circumfusa quinque legionibus

1 euasimus *suprascr.* eius imus *A* : euasimus *PB*: uniuersas euasimus, elusimus partibus *Thomas p.* 29, *h. e.* '*uniuersum hostem sine damno euadentibus, sicuti tamen fieri poterat, paruulis proeliis concursationibus eludentibus*' 2 *fortasse* simulatae : summae *Mommsen* utilitatis *AP*, *quod ex* 127. 2 utilitatem auctoritate muniri *uindicaui*: ciuilitatis *Ruhnken et Maduig*: simul util. reipublicae et auctoritatis imperatoris *Kritz* 4 *fortasse* ut ne 6 forte *supra uersum habet A* 8 que *addidit Heinsius* 11 amplius $\overline{\text{xx}}$. hostium *P*: a m $\overline{\text{xx}}$ *A*, *quod sitne* a*mplius* m*ilia* uiginti *an* am*plius* uiginti milia *ambigitur. Num* ad xx milia? 16 *post* arbitrium *deletum est in A* ducis 17 instantes *Acidalius* ut *AP*: cum *Ruhnken*: *fortasse* nostris 18 derigentibus quae *A* : dirigentibusque *BP* aciem *suprascr.* aciam *A* : aciem *B* : etiam *P*, *sed Rhenanus in marg.* 'alias aciem': *fortasse* ac (*uel* atque) iam derigentibus aciem 20 at ea *B et Rhenanus in marg. P*: altera *A* : antea *P* que *A* 21 Plancius *A* 22 circum *P*: raum (craum *Fechter*) *suprascr.* circum *A*

nostris auxiliaribusque et equitatui regio (quippe magnam
Thracum manum iunctus praedictis ducibus Rhoemetalces,
Thraciae rex, in adiutorium eius belli secum trahebat) paene
exitiabilem omnibus cladem intulit: fusa regiorum eque- 5
stris acies, fugatae alae, conuersae cohortes sunt, apud signa
quoque legionum trepidatum. sed Romani uirtus † militis
plus eo tempore uindicatum gloriae quam ducibus reliquit,
qui multum a more imperatoris sui discrepantes ante in
hostem inciderunt, quam per exploratores, ubi hostis esset,
cognoscerent. iam igitur in dubiis rebus semet ipsae 6
legiones adhortatae, iugulatis ab hoste quibusdam tribunis
militum, interempto praefecto castrorum praefectisque co-
hortium, non incruentis centurionibus, qui etiam primi
ordinis cecidere, inuasere hostes nec sustinuisse contenti
perrupta eorum acie ex insperato uictoriam uindicauerunt.
hoc fere tempore Agrippa, qui eodem die quo Tiberius 7
adoptatus ab auo suo naturali erat et iam ante biennium,
qualis esset, apparere coeperat, mira prauitate animi atque
ingeni in praecipitia conuersus patris atque eiusdem aui sui
animum alienauit sibi, moxque crescentibus in dies uitiis
dignum furore suo habuit exitum.

Accipe nunc, M. Vinici, tantum in bello ducem, quantum 113

1 magnam (-a *P*) Thracum manu *AP* 2 manum *Rhenanus* iunctus *B*: iunctis *del.*, *dein* iunctus *A*: uinctus *P* predictus *A* Rhomo et Alces *ABP*, *em. Rhenanus* 3 Thracie *A* in *AP*: *num* magna Thr. manu . . . adiutorium trahebat? pene *A* 4 fusa *Voss*: fuga *BA*: fugata *P* æqu. *A* 5 aput *A* 6 Militis *suprascr.* militis *A ita tamen ut M littera incerta mihi neque* st *multum dissimilis uisa sit*: militibus *Lipsius*: militi *Gruter* 7 uindicatum iit *ed. Bipont*; *fortasse excidit* sibi *post* uindicatum. *Vide Comm. Crit.* 8 amore ~~ducis~~ *suprascr.* imperatoris *A* discrepantes *Io. Is. Pontanus Anall.* i. 1 (1599): crepantes *AP* 10 ipse *A* 12 prefecto castrorumq. *A* (*sic*) 13 qui *P*: quibus *AB*, *puto ex geminatione syllabae* bus *qua praecedens* centurionibus *terminatum est* 14 ordines *ABP*: ordinis *Gelenius*: e quibus e. p. ordines *Boecler* 15 prerupta *A* 17 et iam *Gelenius*: etiam *AP* 18 ceperat *A* 19 ingenii *AP* 21 suo *supra uersum A*

in pace uides principem. iunctis exercitibus, quique sub
Caesare fuerant quique ad eum uenerant, contractisque in
una castra decem legionibus, LXX amplius cohortibus, XIV
* * et pluribus quam decem ueteranorum milibus, ad hoc
magno uoluntariorum numero frequentique equite regio,
tanto denique exercitu, quantus nullo umquam loco post
bella fuerat ciuilia, omnes eo ipso laeti erant maximamque
2 fiduciam uictoriae in numero reponebant. at imperator,
optimus eorum quae agebat iudex et utilia speciosis prae-
ferens quodque semper eum facientem uidi in omnibus
bellis, quae probanda essent, non quae utique probarentur
sequens, paucis diebus exercitum, qui uenerat, ad refouendas
ex itinere eius uires moratus, cum eum maiorem, quam ut
temperari posset, neque habilem gubernaculo cerneret,
3 dimittere statuit; prosecutusque longo et perquam laborioso
itinere, cuius difficultas narrari uix potest, ut neque uni-
uersos quisquam auderet adgredi et partem digredientium,
suorum quisque metu finium, uniuersi temptare non possent,
remisit eo, unde uenerant, et ipse asperrimae hiemis initio
regressus Sisciam legatos, inter quos ipsi fuimus, partitis
praefecit hibernis.

114 O rem dictu non eminentem, sed solida ueraque uirtute atque utilitate maximam, experientia suauissimam, humanitate singularem! per omne belli Germanici Pannonicique tempus nemo e nobis gradumue nostrum aut praecedentibus aut sequentibus inbecillus fuit, cuius salus ac ualetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tamquam districtissimus ille tantorum onerum mole huic uni negotio uacaret animus.

1 uides principem *AB* : uides · Principes *P* 3 LXX *A* : LXX. *P* 4 alis *add. Lipsius* : x alis *Laurent* et *Lipsius* : set *corr. in* sed *A* : sed *P* adhoc *P* 9 spet. *A* 11 utique *AP*, *h. e. quae ab aliquo saltem probari possent* : cuique *Heinsius* 19 asperrime *A* 20 Sisciam *B* : Sisci iam *A* : Sistiam *P* 22 ductu *A* 23 utilitatem *A* 26 becillus *A* 27 districtissimus *Bentley* : distraximus *AP* : distractissimus *Rhenanus* 28 uni negotio *Gelenius* : uni genito *A* : uni genitio *B* : uni *P*

erat desiderantibus paratum iunctum uehiculum, lectica eius 2
publicata, cuius *usum* cum alii tum ego sensi: iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc solum uni portatum instrumentum balinei nullius non succurrit ualetudini: domus tantum ac domestici deerant, ceterum nihil, quod ab illis
aut praestari aut desiderari posset. adiciam illud, quod, 3
quisquis illis temporibus interfuit, ut alia, quae rettuli, agnoscet protinus: solus semper equo uectus est, solus cum iis, quos inuitauerat, maiore parte aestiuarum expeditionum cenauit sedens: non sequentibus disciplinam, quatenus exemplo non nocebatur, ignouit; admonitio frequens, † inerat et castigatio, uindicta rarissima, agebatque medium,
plurima dissimulantis, aliqua inhibentis. hiemps emolu- 4
mentum patrati belli contulit, sed insequenti aestate omnis Pannonia reliquiis totius belli in Delmatia manentibus pacem petiit. ferocem illam tot milium iuuentutem, paulo ante seruitutem minatam Italiae, conferentem arma quibus usa erat apud flumen nomine Bathinum prosternentemque se uniuersam genibus imperatoris, Batonemque et Pinnetem excelsissimos duces, captum *alterum*, alterum a se deditum
iustis uoluminibus ordine narrabimus, ut spero. autumni 5
* * uictor in hiberna reducitur exercitus, cuius omnibus copiis

1 laetitia *del., dein suprascr.* lectica *A* 2 usum *add. Lipsius* 3 um *del., dein suprascr.* uni portatum *A* : importatum *P*: una p. *Orelli*: 'uni *praefero propter oppositum* nullius non' *G. A. Koch* 4 baline *A* 5 quod, *postremis tribus litteris inductis, A* 6 aditiam *A* : adiiciam *P* 7 que retuli *A* 8 equo *P*: eo quo *A* 10 cen. *A* : cœn. *P* 12 inerat *AP*: interdum *uir doctus in Ephem. Gotting. a.* 1779, *idque placuit Kritzio*: interea *Thomas*: incerta (*om.* et) *ego in Hermathena anni* 1897 *p.* 21 amarissima *AP*: rarissima *Rhenanus*: *uidetur ex* uindicta *geminata* a *adhaessisse sequenti* rarissima: *hoc cum non satis intellegeretur quid esset, factum est* amarissima 13 aliquã *A* 14 non tulit *Friebel* in seq. *A* 15 reliquis *del., dein suprascr.* reliquiis *A* 16 Fero uocem *A* : *an* ferociorem? 17 quibus *P*: qui *A* : quibus abusa *Haase* 19 Pinetem *AP*, *sed cf.* 110. 4 20 alterum *semel AP*, *sed Rhenanus* 'alterum *deesse uidetur*' a se *AP*: a socio *Burmann*: *fort.* per se 21 initio *uel* fine *suppleuerim*: autumno *Gelenius*

per Caesarem *M.* Lepidus praefectus est, uir nominis ac fortunae deorum proximus, quem in quantum quisque aut cognoscere aut intellegere potuit, in tantum miratur ac diligit tantorumque nominum, quibus ortus est, ornamentum iudicat.

115 Caesar ad alteram belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in qua regione quali adiutore legatoque fratre meo Magio Celere Velleiano usus sit, ipsius patrisque eius praedicatione testatum est et amplissimorum donorum, quibus triumphans eum Caesar donauit, signat memoria.
2 initio aestatis Lepidus educto hibernis exercitu per gentis integras inmunisque adhuc clade belli et eo ferocis ac trucis tendens ad Tiberium imperatorem et cum difficultate locorum et cum ui hostium luctatus, magna cum clade obsistentium excisis agris, exustis aedificiis, caesis uiris, laetus uictoria praedaque onustus peruenit ad Caesarem,
3 et ob ea, quae si propriis gessisset auspiciis, triumphare debuerat, ornamentis triumphalibus consentiente cum iudicio
4 principum uoluntate senatus * * est. illa aestas maximi belli consummauit effectus: quippe Perustae et Desitiates Delmatae, situ locorum ac montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi scientia et praecipue angustiis saltuum paene inexpugnabiles, non iam ductu, sed manibus atque armis ipsius Caesaris tum demum pacati sunt, cum paene
5 funditus euersi forent. nihil in hoc tanto bello, nihil in

1 per *addidi* M. *add. Burer* pref. *A* nomini *Acidalius* 2 deorum *Laurent*: eorum *AP*: Caesarum *Scheffer* max *del., dein* proximus *A* (*sic*) 3 intellegere *A*: intellig. *P* 5 Dalm. *A* 7 Velleiano *Gelenius*: Ulli (ulli *P*) flano *AP*: Uliflano *Burer* 8 ~~donorum~~ honorum *A* (*sic*): honorum *P* 10 pergentis in (*om. P*) integras (integritas *B*) *APB* 11 īmunesque *B*: immunesque *AP* feroces ac truces *AP* 14 edif. *A* 16 auspitiis *A* 17 iuditio *A* 18 *suppleuerunt* ornatus *G. A. Koch, in quam παρήχησιν et ipse incideram. cf.* honoribus honoratum 124. 3: donatus *Rhenanus*: honoratus *Herel probante Novák* estas maximi (maximī *Fechter*) 19 consumauit *A* perusia aedesitiales *A*: Perusia aede siciales *P*: Perustae *Voss* Desitiates *Gelenius*: et *uulg.* ac *Voss prob. Kritzio* 20 Delmatae *B*: Dalmatae *AP* 21 saltum pene *A*

Germania aut uidere maius aut mirari magis potui, quam
quod imperatori numquam adeo ulla oportuna uisa est
uictoriae occasio, quam damno amissi pensaret militis
semperque uisum est gloriosum, quod esset tutissimum, et
ante conscientiae quam famae consultum nec umquam
consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus prouidentia
ducis rectus est.

Magna in bello Delmatico experimenta uirtutis in †multos **116**
ac difficilis locos praemissus Germanicus dedit; celebri 2
etiam opera diligentique Vibius Postumus uir consularis,
praepositus Delmatiae, ornamenta meruit triumphalia: quem
honorem ante paucos annos Passienus et Cossus, uiri
† quibusdam diuersis uirtutibus celebres, in Africa meruerant.
sed Cossus uictoriae testimonium etiam in cognomen fili
contulit, adulescentis in omnium uirtutum exempla geniti.
at Postumio operum L. Apronius particeps illa quoque 3
militia eos, quos mox consecutus est, honores excellenti
uirtute meruit. utinam non maioribus experimentis testatum
esset, quantum in omni re fortuna posset! sed in hoc
quoque genere abunde agnosci uis eius potest. nam et
Aelius Lamia, uir antiquissimi moris et priscam grauitatem
super humanitate temperans, in Germania Illyricoque et
mox in Africa splendidissimis functus ministeriis, non
merito, sed materia apiscendi triumphalia defectus est, et 4

2 oportuna *A*, *cf.* 120. 4 4 gloriosum *AP*: gloriosissimum *Halm* 5 quam *om. A* fame *A* nec unquam *P*: necum quod *BA* 8 Delm. *B et corr. A*: Dalm. *P et prius A* ne *del. ante* in *A* incultos *Heinsius* 9 difficilis *A* celebri *AP*: '*alias* celebris' *Burer* 10 diligenti quib. ius Postumus *A*: diligenti. quibus Iulius Posthumius *P*: '*ex. uet. habet* Iul. Postumus' *Burer*: diligentique *Voss*: Vibius Postumus *Pighius Annal.* iii. *p.* 538 11 praepositus *P*: quae positus *A* Delmatiae *BA*: Dalmatiae *P* 13 quibusdam *AP*: quamuis *Bothe*: quamquam *Halm*: *fortasse* quantumuis: diuersis quibusdam *Wilhelm* 16 Ad *BA* Posthumi *P*: Postumio *BA*, *quod cum Orellio retinui* 19 hoc *Gelenius*: loco *AP* 21 Aelius Lamia *Ruhnken*: etiam *AP* 22 super *A*: semper *P* 24 apiscendi *prius A*, *mox* di *suprascriptum est, addito* ^: adipiscendi *P*

A. Licinius Nerua Silianus, P. Sili filius, quem uirum ne
qui intellexit quidem abunde miratus est, † me nihil non
optimo ciui simplicissimo duci perisset praeferens †, in-
matura *morte* et fructu amplissimae principis amicitiae
et consummatione euectae in altissimum paternumque
5 fastigium imaginis defectus est. horum uirorum men-
tioni si quis quaesisse me dicet locum, fatentem arguet;
neque enim iustus sine mendacio candor apud bonos
crimini est.

117 Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Delma-
tico bello Caesar manum, cum intra quinque consummati
tanti operis dies funestae ex Germania epistulae caesi Vari
trucidatarumque legionum trium totidemque alarum et sex
cohortium * * uelut in hoc saltem tantummodo indulgente
nobis fortuna, ne occupato duce * * * et causa et persona
2 moram exigit. Varus Quintilius inlustri magis quam nobili
ortus familia, uir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore,
ita animo inmobilior, otio magis castrorum quam bellicae
adsuetus militiae, pecuniae uero quam non contemptor,
Syria, cui praefuerat, declarauit, quam pauper diuitem
3 ingressus diues pauperem reliquit; is cum exercitui, qui

1 Alicinius (ci *super rasuram*) *del., dein suprascr.* Alicinius *A* Silii *AP* 2 ne (me *uel* ıne *A*) nihil non (*om. P*) optimo (optimo$ *A*) ciui (ciuis *A*) simplicissimo duci perisset *BPA*: *fortasse* nihil non o. ciui simpl. duci superesse praeferens, *cf.* 125. 5. *Vide Comm. Crit.* 4 morte *add. Orelli* amplicissimæ *A* 6 est *P*: es *A* honorum *AB*: quorum *P*: horum *Burer*: bonorum *Burmann*: *an* honorariae horum? 8 sine mendacio *tamquam interpolatum del. Cornelissen* 10 ac] ad *A* Dalm. *AP* 11 consum. *A* 14 cohortium] nuntium attulere *hic supplendum erat* 15 ne occupato ducem et causa persona moram exigit *AP*. *Lacunam post* duce *cum Lipsio et Vossio statui. Eam sic explent*: *Voss* in debellandis Pannoniis uictores Germani iis se coniungerent: *Halm* tanta clades inferretur: *Boot* malum tantum ingereret sed causa et persona *Lipsius et Voss*: sed et causa et p. *Orelli* 18 ita *Acidalius*: et *AP*, *quod Wopkens interpr. 'pro corporis animique tarditate'* īmob. *A*: imm. *P* 21 cum *in A sic scriptum est ut ad* tum *potius accedere uideatur*

erat in Germania, praeesset, concepit esse homines, qui
nihil praeter uocem membraque haberent hominum, quique
gladiis domari non poterant, posse iure mulceri. quo pro- 4
posito mediam ingressus Germaniam uelut inter uiros pacis
gaudentis dulcedine iurisdictionibus agendoque pro tribu-
nali ordine trahebat aestiua.

At illi, quod nisi expertus vix credat, in summa feritate 118
uersutissimi natumque mendacio genus, simulantes fictas
litium series et nunc prouocantes alter alterum in iurgia,
nunc agentes gratias, quod ea Romana iustitia finiret
feritasque sua nouitate incognitae disciplinae mitesceret et
solita armis discerni iure terminarentur, in summam socor-
diam perduxere Quintilium, usque eo, ut se praetorem
urbanum in foro ius dicere, non in mediis Germaniae
finibus exercitui praeesse crederet. tum iuuenis genere 2
nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum promptus
ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis gentis eius
filius, ardorem animi uultu oculisque praeferens, adsiduus
militiae nostrae prioris comes, iure etiam ciuitatis Romanae
decus equestris consequens gradus, segnitia ducis in occa-

1 preesset *A* 3 mulcere *A* 4 paces (e *ex* i) *del., dein* pacis *A* 5 gaudentes *AP* 6 ordine *suspectum Lipsio Heinsio Ruhnkenio*: otiose *Cornelissen*: *fort.* socordius (socordia *iam Laurent*): ordine *Christian Crusius Probabil. Crit. p.* 120 (1753) *rettulit ad conuentus per ciuitates obeundos* 7 credat *Lipsius*: credebat *AP* 8 mendatio *A* 9 prouocantes *in textu sed in marg.* procaces *A*: procaces *P*: procataes *B*: prouocantes *Rhenanus* in iurgia
mi
Maduig: iniuria *AP* 11 mutesceret *A*: mutesceret *B*: mitesceret *P* 14 mediis *bis, priore inducto, A* 15 preesse *A* 16 *num* promotus? 19 *sic Maduig Aduers.* ii. 311: iure etiam ciuitatis Romae eius (ius *P*) equestris consequens gradus *AP* Romanae *Burer* 20 decus *Burmann et Maduig* consequens *h. e. equestri gradui proximus, uti interpretatus est Maduig*: consecutus *Heinsius et sic Halm, tamquam deprauatum ex scriptura* consequtus: *Mommsen scribebat* iure etiam c. Romanae eius equestres consequens gradus. *Vide Comm. Crit. De loco conclamato disputauit Huebner* 'ueber den Namen des Arminius' *in Hermae* x. *p.* 395 *n.*

sionem sceleris usus est, haud inprudenter speculatus neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret, et
3 frequentissimum initium esse calamitatis † securitatis. primo igitur paucos, mox pluris in societatem consili recepit: opprimi posse Romanos et dicit et persuadet, decretis facta
4 iungit, tempus insidiarum constituit. id Varo per uirum eius gentis fidelem clarique nominis, Segesten, indicatur. postulabat etiam * * * fata consiliis omnemque animi eius aciem praestrinxerant: quippe ita se res habet, ut plerumque cui fortunam mutaturus *est* deus, consilia corrumpat, efficiatque, quod miserrimum est, quod accidit ut etiam merito accidisse uideatur et casus in culpam transeat. negat itaque se credere speciemque in se beneuolentiae ex merito aestimare profitetur. nec diutius post primum indicem secundo relictus locus.

119 Ordinem atrocissimae calamitatis, qua nulla post Crassi in Parthis damnum in externis gentibus grauior Romanis fuit, iustis uoluminibus ut alii, ita nos conabimur exponere:
2 nunc summa deflenda est. exercitus omnium fortissimus, disciplina, manu experientiaque bellorum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, perfidia hostis, iniquitate

1 imp. *AP* 3 securitatis *inducto* -is *et* -eis *substituto, mox, toto hoc inducto,* securitatis *suprascript. A, in quantum scripturam codicis ego et F. Madan, difficiliorem sane, interpretari potuimus*: securitatem *P*: *num* in (*uel* ex) securitate? 4 societate consili praecepit *AP*, *corr. Rhenanus* 5 docet *Heinsius* 8 *lacunam sic suppleui ex Tac. Ann.* i. 58 [uinciri conscios. sed praeualebant iam] *in quibus* sed praeu. iam *Gelenii est* 9 praestruxerat *AP*, *em. Gelenius* 10 cui *scripsi*: qui *AP*: cui *Laurent relatiuum. Kritz indefinitum ut in Cic. Fin.* iii. 21. 71 *habuit*: cuius *ed. Bipont. et Halm cf.* 57. 3: *fort.* quib. f. m. e. deus, [iis] imitaturus *A* est *add. Gelenius* eius *post* deus *addebat Laurent* 11 ut quod accidit et etiam (etiam *P*) *ABP*: quod accidit ut etiam *scripsi, solita structura qua* ut *post relatiuum demum infertur*: ut quod accidit, id etiam *Burer* 12 culpam *P*: culpa *BA* 13 speciemque *Burmann*: spemque *AP* beneuolentia *AP*, *corr. Gelenius* 16 qua *BP*: quae *A* Crassi *P*: Cassi *BA* 20 disciplina *A* 21 Marco reducis *A*

fortunae circumuentus, cum ne pugnandi quidem egrediendiue occasio nisi *iniqua nec* in quantum uoluerant data esset inmunis, castigatis etiam quibusdam graui poena, quia Romanis et armis et animis usi fuissent, inclusus siluis, paludibus, insidiis ab eo hoste ad internecionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum trucidauerat, ut uitam
aut mortem eius nunc ira nunc uenia temperaret. duci 3
plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit: quippe
paterni auitique successor exempli se ipse transfixit. at 4
e praefectis castrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit, qui, cum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio quam proelio mori maluit. at Vala Numonius, legatus Vari, cetera quietus ac probus, diri auctor exempli, spoliatum equitem peditem relinquens fuga cum aliis Rhenum petere ingressus est. quod factum eius fortuna ulta est;
non enim desertis superfuit, sed desertor occidit. Vari 5
corpus semiustum hostilis lacerauerat feritas; caput eius

1 ne p. quidem egredie (g *suprascr.*) (*sic A* : egregie *P* : egrediē *B*) aut occasionis in quantum uoluerant data esset inmunis (imm. *P*) *APB* : egrediendiue *Voss* : aut egrediendi *Haase* 2 occasio nisi in quantum *ed. Bipont* : occ. nis[i] [in]i[qua] [nec] in quantum *ego, ut* in qua *bis repetitum fuerit, semel exciderit* 3 *sic P* : qui a Romanis et armis et animi suis fuissent *A* : *fort.* quia Romani et armis et animi sui fuissent *h. e. audaciae Romanis insitae* 5 paludis *AP* internet. *AP* 6 tractauerat *Cornelissen* 9 auitique *P* : auique *BA* atque *suprascr.* a te *A* 11 legg. iustam *A* Ceionius *A*, i *incerta et propius ad* r *accedente* : C. Eionius *P* : C. Ceionius *Heinsius* 13 suplitio *A* Vala Num. *Vrsinus* : Valnumonius *AP* 14 cetæra *A* ac *P* : et *A* 15 equitem *AP* : equite *Gelenius* fugatum (*sic AB*, fuga cum *P*) aliis *ABP* : fuga cum alis *Gelenius* : '*nam dirum exemplum eo constitit quod legatus cum* alis *i. e. cum equitatu confugit peditem relinquens*' *Kritz. Retinui quod habent ABP. Numonius spoliatum equitem equis reliquit peditem, deinde cum aliis sociis uiae Rhenum petebat* : *frustra ille quidem, nam quos equis abreptis inermis deseruerat his non superfuit, sed ipse, merito supplicio desertoris, interiit* : *cf.* 117. 2 quam pauper diuitem ingressus, diues pauperem reliquit 16 ultra est *A* 17 non enim d. s. s. d. occidit] *haec uerba in ed. Orelliana omissa extant in A* 18 hostilis *Burer ex coniectura* hosti *BA* : hostium *P* lacerauerit *A*

abscisum latumque ad Maroboduum et ab eo missum ad Caesarem gentilicii tamen tumuli sepultura honoratum est.

120 His auditis reuolat ad patrem Caesar; perpetuus patronus
Romani imperi adsuetam sibi causam suscipit. mittitur ad
Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, praesidia
munit et se magnitudine sua, non fiducia hostium metiens,
qui Cimbricam Teutonicamque militiam Italiae minabantur,
2 ultro Rhenum cum exercitu transgreditur. arma infert isti
quem arcuisse pater et patria contenti erant; penetrat
interius, aperit limites, uastat agros, urit domos, fundit
obuios maximaque cum gloria, incolumi omnium, quos
3 transduxerat, numero in hiberna reuertitur. reddatur uerum
L. Asprenati testimonium, qui legatus sub auunculo suo
Varo militans gnaua uirilique opera duarum legionum, quibus
praeerat, exercitum inmunem tanta calamitate seruauit
matureque ad inferiora hiberna descendendo uacillantium
etiam cis Rhenum sitarum gentium animos confirmauit.
sunt tamen, qui ut uiuos ab eo uindicatos, ita iugulatorum
sub Varo occupata crediderint patrimonia hereditatemque
4 occisi exercitus, in quantum uoluerit, ab eo aditam. L.
etiam Caedici praefecti castrorum eorumque, qui una
circumdati Alisone inmensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda uirtus est, qui omnibus difficultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabilis, uis hostium

1 abscissum *A* Meroboduum *A* 2 gentilitii *AP* 3 His auditis . . . reuertitur] *transponebat Haase post* 120. 6 profluuio expiraret 4 imperii *AP* 6 et *A*: *om.* *P*: et *Burer, sed, ut uidetur, ex coniectura, non tamquam in Murbacensi lectum* hostium *AP*: *om.* *Burer*: hostis *Haupt* mentiens *del*, *dein* metiens *A* 7 minabatur *BA*: minabantur *P* 8 ultro *A et sic ex coni. Freinsheim*: ultra *P* arma interfecti quæ arguisse *AP*: a. infert *Lipsius*: infert hosti *Voss*: i. genti *Ruhnken*: i. isti *Bothe* 9 quem *Voss et Bothe* arcuisse *Lipsius* prt (*sed inductum*) *ante* pater *A* penetrati *A* 11 obuios *P*: obulos *BA* 13 Aspernati *A* 14 gnaua *A*: naua *P* 15 preerat *A* imm. *AP* 17 Rheno *AP*: *num* cisrhenositarum? *ut compositum fieret* 20 occisi *A*: excisi *P* ualuerit *Lipsius* 21 Caeditii *A*: Caedicii *P* 22 circundati *A* Alisone *Rhenanus*: a lisone *A*: a *Lisone *P* īmensis *A*: imm. *P* 24 intollerabilis *A*

faciebat inexsuperabilis, nec temerario consilio nec segni
prouidentia iuti speculatique oportunitatem ferro sibi ad
suos peperere reditum. ex quo apparet Varum, sane 5
grauem et bonae uoluntatis uirum, magis imperatoris de-
fectum consilio quam uirtute destitutum militum se magni-
ficentissimumque perdidisse exercitum. cum in captiuos 6
saeuiretur a Germanis, praeclari facinoris auctor fuit Caldus
Caelius, adulescens uetustate familiae suae dignissimus, qui
complexus catenarum, quibus uinctus erat, seriem, ita illas
inlisit capiti suo, ut protinus pariter sanguinis cerebrique
profluuio exspiraret.

Eadem uirtus et fortuna subsequenti tempore ingressi **121**
Germaniam imperatoris Tiberi fuit, quae initio fuerat. qui
concussis hostium uiribus classicis peditumque expeditioni-
bus, cum res Galliarum maximae molis accensaque plebe
Viennensium dissensiones coercitione magis quam poena
mollisset, senatus populusque Romanus postulante patre
eius, ut aequum ei ius in omnibus prouinciis exercitibusque
esset, quam erat ipsi, decreto complexus est. etenim absurdum
erat non esse sub illo, quae ab illo uindicabantur, et qui ad 2
opem ferendam primus erat, ad uindicandum honorem non

1 inexuperabilis (-leis *P*) *AP*   2 uiti *B*: niti *A*: usi *P*: adiuti *Burer*: nisi *ed. Bipont.*: iuti *Heinsius*, *cf. Tac. Ann.* xiv. 4   oppor-tunitatem *AP*   3 pepererunt *del., dein* peperere *A*: aperuere *Cornelissen*   4 graue m& bone *A*   7 seuir. *et* precl. *A*   8 Coelius (Cael. *P*) ad uetustatem *AP*, *quod defendit Wopkens Lect. Tull.* § 134: adulescens uetustate *Ruhnken*: ac . . . dignissimi *Lipsius*   9 særiem *A*   11 profluuio *Gelenius*: in fluuio *AP*: effluuio *Lipsius*   ex-piret *corr. in* expiraret *A*   12 eadem *A*: eadem et *P*   ingressi Germaniam *Bardili* (1822) *pulcherrime*: ingressa animam (-mum *P*) *ABP*   13 Tiberii *ABP*   14 concussis *del., dein iterum suprascr.* concussis *A*: contusis *Ruhnken probabiliter*   15 accensaque plebe *A*, *quod reuocaui, cum Burer testatus sit* accensaque *in Murbacensi fuisse*: accensasque plebis *P*: plebis *etiam Burer uidit*   16 coertione *AP*, *corr. Gelenius*   18 aequum ei ius *Rhenanus*: equum eius *AP*   prouintiis *A*   19 quam *AP*: atque *Orelli*   ipse *AP*: ipsi *Rhenanus*: *fort.* quam quo erat ipse   cōpl. *A*   est *scripsi*: esset *AP*, *et sic Burer uidetur legisse*. *Vulgo* et *addunt post* mollisset, *apodosin autem faciunt* in urbem reuersus, κ.τ.λ.

iudicari parem. in urbem reuersus iam pridem debitum, sed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Delmatisque egit triumphum. cuius magnificentiam quis miretur in
3 Caesare? fortunae uero quis non miretur indulgentiam? quippe omnis eminentissimos hostium duces non occisos fama narrauit, sed uinctos triumphus ostendit; quem mihi fratrique meo inter praecipuos praecipuisque donis adornatos uiros comitari contigit.

122 Quis non inter reliqua, quibus singularis moderatio Ti. Caesaris elucet atque eminet, hoc quoque miretur, quod, cum sine ulla dubitatione septem triumphos meruerit, tribus contentus fuerit? quis enim dubitare potest, quin ex Armenia recepta et ex rege praeposito ei, cuius capiti insigne regium sua manu imposuerat, ordinatisque rebus Orientis ouans triumphare debuerit, et Vindelicorum Raetorumque
2 uictor curru urbem ingredi? fractis deinde post adoptionem continua trienni militia Germaniae uiribus idem illi honor et deferendus et recipiendus fuerit? et post cladem sub Varo acceptam, *exspectato* ocius prosperrimo rerum euentu eadem excisa Germania triumphus summi ducis adornari debuerit? sed in hoc uiro nescias, utrum magis mireris, quod laborum periculorumque semper excessit modum, an quod honorum temperauit.

123 Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Caesar Augustus cum Germanicum nepotem suum reliqua belli patraturum misisset in Germaniam, Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum ad firmanda pace quae

4 in diligentiam *A* 5 omnis *A* 6 ut *del. ante* fama *A* mihi *Burer*: militi *AP* 7 p̄cipuos precipuisque *A* 9 Tib. *P*: T *A* 13 praeposito ei *Heinsius*: praepositi (pro- *P*) *ABP* 15 praetorum-que *suprascr.* Rhætorumque *A* 17 trienni *A*: triennii *P* 18 sub *P*: ꝑ *suprascr.* sub *A* 19 exspectato ocius *Halm*: totius *BA*: ocyus *P*: uoto ocius *Burmann*: totiens *Perizonius*: *fortasse* uoto citius *nisi cui praeferendum uidebitur quod Scriner coni.* tertius 20 triumphum *AP*, *em. Heinsius* adornari *BA*: adornare *P* 21 nescis *A* 22 aut *del.*, *dein* an *A* 25 Cæs. *A* 27 firmanda *Burer*: formanda *AP*: *fortasse* adfirmando *h. e. ut adfirmaret*

bello subegerat, prosequens eum simulque interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod eius honori sacratum a Neapolitanis est, processit in Campaniam. quamquam iam motus inbecillitatis inclinataeque in deterius principia ualetudinis senserat, tamen obnitente ui animi prosecutus filium digressusque ab eo Beneuenti ipse Nolam petiit: et ingrauescente in dies ualetudine, cum sciret, quis uolenti omnia post se salua remanere accersendus foret, festinanter reuocauit filium; ille ad patrem patriae expectato reuolauit
maturius. tum securum se Augustus praedicans circum- 2
fususque amplexibus Tiberi sui, commendans illi sua atque ipsius opera nec quidquam iam de fine, si fata poscerent, recusans, subrefectus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus, mox, cum omnem curam fata uincerent, in sua resolutus initia Pompeio Apuleioque consulibus septuagesimo et sexto anno animam caelestem deo reddidit.

Quid tunc homines timuerint, quae senatus trepidatio, **124**
quae populi confusio, quis urbis metus, in quam arto salutis exitique fuerimus confinio, neque mihi tam festinanti exprimere uacat neque cui uacat potest. id solum uoce publica dixisse *satis* habeo: cuius orbis ruinam timueramus, eum ne commotum quidem sensimus, tantaque unius uiri maiestas fuit, ut nec * bonis neque contra malos opus armis
foret. una tamen ueluti luctatio ciuitatis fuit, pugnantis 2
cum Caesare senatus populique Romani, ut stationi paternae

1 eumque simul *A* 2 certamini *Cellarius* 4 imb. *AP* 8 post se *P*: posse *A* accersendum *A* 11 Tiberi *P*: Tiberii *A* 15 Appuleioq. *Kreyssig* COS. *A*: COS. *PB*: 'pro cos scribatur COSS.' *Burer* 16 et *om. P, habet A*: '*Amerbachius copulam. a Rhenano omissam. non de suo addidisse, sed in codice Murbacensi inuenisse uidetur. Suetonius quoque Octau. cap.* 100 *de Augusto*; obiit, *inquit*, septuagesimo et sexto aetatis anno' *Kreyssig* caelo *P* 18 urbis *A et Acidalius*: orbis *P* 19 ꝑ exitiique *A* (*sic*) *coeperat scribere* fuerimus 21 satis *add. Ruhnken* orbis *AP*: urbis *Burero legendum uidebatur* 23 nec *P*: ne *A*: pro *suppleuerim, non enim adsentior Kritzio posse* bonis *id per se significare*: bonis consilio *Seriner* 24 forent *A* 25 R. *AP*

succederet, illius, ut potius aequalem ciuem quam eminentem liceret agere principem. tandem magis ratione quam honore uictus est, cum quidquid tuendum non suscepisset, periturum uideret; solique huic contigit paene diutius recusare principatum, quam, ut occuparent eum, alii armis pugnauerant.
3 post redditum caelo patrem et corpus eius humanis honoribus, numen diuinis honoratum, primum principalium eius operum fuit ordinatio comitiorum, quam manu sua
4 scriptam diuus Augustus reliquerat. quo tempore mihi fratrique meo, candidatis Caesaris, proxime a nobilissimis ac sacerdotalibus uiris destinari praetoribus contigit, consecutis quidem ut neque post nos quemquam diuus Augustus neque ante nos Caesar commendaret Tiberius.

125 Tulit protinus et uoti et consili sui pretium res publica, neque diu latuit aut quid non impetrando passuri fuissemus aut quid impetrando profecissemus. quippe exercitus, qui in Germania militabat praesentisque Germanici imperio regebatur, simulque legiones, quae in Illyrico erant, rabie quadam et profunda confundendi omnia cupiditate nouum ducem, nouum statum, nouam quaerebant rem publicam;
2 quin etiam ausi sunt minari daturos senatui, daturos principi leges; modum stipendi, finem militiae sibi ipsi constituere conati sunt: processum etiam in arma ferrumque strictum est et paene in ultima gladiorum erupit inpunitas, defuitque,
3 qui contra rem publicam duceret, non qui sequerentur. sed haec omnia ueteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum grauitate pollicentis, *tum* inter seueram praecipue

2 m. ratione *BA* : ratione m. *P* 3 quicquid *AP* 4 pene *A* 6 reditum *A* 7 numen *Krause* : nomen *AP*, *quod defendit Milkau ex* 54. 2 10 candidatos *AP* 11 sacerdotibus *AP*, *em. Scheffer* c. quidem *scripsi* : consecutisque *A* : consecutis *P* 12 post nos *P* : post annos *A* 14 et uoti *Gelenius* : ut uoti *AP* prætium *A* 16 profic. *A* 18 rabiem quandam *A* 19 omnia *ante* confundendi *deletum est in A* 20 quer. *A* 22 stipendii *AP* 24 ultima *Voss* : ultimam *AB* : ultimum *P* 27 tum *addidi* : et *Krause* sæueram *A*

noxiorum ultionem mitis aliorum castigatio breui sopiit ac
sustulit. quo quidem tempore ut pleraque *non* ignaue 4
Germanicus, ita Drusus, qui a patre in id ipsum plurimo
quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus
erat, prisca antiquaque seueritate usus, ancipitia sibi tamque
re quam exemplo perniciosa, et his ipsis militum gladiis,
quibus obsessus erat, obsidentis coercuit, singulari adiutore 5
in eo negotio usus Iunio Blaeso, uiro nescias utiliore in
castris an meliore in toga: qui post paucos annos proconsul
in Africa ornamenta triumphalia cum appellatione imperatoria meruit. at Hispanias exercitumque * * * uirtutibus celeberrimaque in Illyrico militia praediximus, cum imperio obtineret, in summa pace *et* quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi et auctoritas quae sentiebat obtinendi superesset. cuius curam ac fidem Dolabella quoque, uir simplicitatis generosissimae, in maritima parte Illyrici per omnia imitatus est.

Horum XVI annorum opera quis cum ingerantur oculis **126**
animisque omnium, [in] partibus eloquatur? sacrauit parentem suum Caesar non imperio, sed religione, non appellauit
eum, sed fecit deum. reuocata in forum fides, summota e 2

1 noxiorum *Gronouius prob. Bentleio*: nostrorum *AP* 2 non *addidi*: gnaue *Salmasius et Bentley. Huic uni loco adscripsit Bentl.* 'fo,' *h. e.* fortasse: *itaque non probauit tamquam alienum, sed protulit tamquam suum*: ignouit *ed. Bipont* 3 Drusus *Gelenius*: Brutus *AP* plurimo quidem *AP*: plurimoque idem *uel* plurimo pridem *Heinsius*: 5 tamque re *scripsi*: tam re *P*: timere *AB*: maluit tenere *Maduig, quod uerum non credo* 7 obsidentis *A* 8 Bleso *AP* 9 procos *A* 10 apell. *A* 11 at *A*: ad *B*: ac *P* *Post* exercitumque *Maduig lacunam statuit, quam sic expleuit* in iis cum M. Lepidus, de cuius *probabiliter, iudice Elimaro Klebs in Prosopographia Romani Imperi* i. *p.* 31 *n.* 248. *Ante Maduicum credebatur Iunius Blaesus etiam Hispanias rexisse* 13 in summa *P, et sic A secundum Orelli et Fechter, nam mihi potius* cui (*uel* cum) summa *est uisum. Madano* in, *sed neglegentius scriptum habetur* et *add. Orelli* 14 obt. *P*: opt. *A* 18 XVI. *A*: XVI. *P* ingerantur *uel* ingerant se *scripserim*: insera *BA*: inserta sint *P* *Vide Comm. Crit.* 19 partibus *Voss* 20 apell. *A* 21 eum *om. Gruter*

foro seditio, ambitio campo, discordia curia, sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria ciuitati redditae; accessit † militibus auctoritas, senatui maiestas, iudiciis grauitas; compressa theatralis seditio, recte faciendi omnibus
3 aut incussa uoluntas aut imposita necessitas; honorantur recta, praua puniuntur, suspicit potentem humilis, non timet, antecedit, non contemnit humiliorem potens. quando annona moderatior, quando pax laetior? diffusa in orientis occidentisque tractus et quidquid meridiano aut septentrione finitur, pax augusta [per] omnis terrarum orbis angulos a
4 latrociniorum metu seruat inmunis. fortuita non ciuium tantummodo, sed urbium damna principis munificentia uindicat. restitutae urbes Asiae, uindicatae ab iniuriis magistratuum prouinciae: honor dignis paratissimus, poena in malos sera, sed aliqua: superatur aequitate gratia, ambitio uirtute;
5 nam facere recte ciuis suos princeps optimus faciendo docet, cumque sit imperio maximus, exemplo maior est.

127 Raro eminentes uiri non magnis adiutoribus ad gubernandam fortunam suam usi sunt, ut duo Scipiones duobus Laeliis, quos per omnia aequauerunt sibi, ut diuus Augustus M. Agrippa et proxime ab eo Statilio Tauro, quibus nouitas familiae haud obstitit quominus ad multiplicis consulatus
2 triumphosque et complura nominarentur sacerdotia. etenim

1 am *del.*, *dein* ambitio *A* curiae *AP* sepultaeque *AB*: sepultae *P* 2 obsitae *Gelenius*: oppositae *ABP*: obsopitae *Bergk* 3 magistratibus *Gelenius* maiestatis *suprascr.* maiestas *A* 4 compr. *AP* 5 imp. *AP* 9 quidquid *A*: quicquid *P* semptentrione *A* 11 īmunis *A* 15 aliqua *AP*: aequa *Lipsius* 16 principes *A* optime *Pluygers* 19 uisi sunt *A* 20 Diuus *P*: D. *A* 21 proxime *Scheffer*: maxime *AP*, *cf.* 114 *fin.* 22 haut obstitit *P et marg. A*: aut ¯ stilit *A* quominus *P*: dominus *A* consulatos triumphosque et complura (*sed Orellio uisum est* compluræ) ~~nominentur~~ numerentur *A* (*sic*): enumerentur *B*: enumerarentur *P*: complura numero enit- *uel* eueh-erentur *Thomas*, *cf. Cic. Font.* iv. 8. 23 numero plurimi, *Sall. Iug.* 97. 5 numero plures: euehercntur *Vascosanus*: eniterentur *Gelenius*: emererentur *Heinsius mutato* quominus ad *in* quominus et: *scripsi A secutus* nominarentur *h. e. designarentur*

magna negotia magnis adiutoribus egent † neque in paruo
paucitas ministeria defecit †, interestque rei publicae quod
usu necessarium est, dignitate eminere utilitatemque auc-
toritate muniri. sub his exemplis Ti. Caesar Seianum 3
Aelium, principe equestris ordinis patre natum, materno
uero genere clarissimas ueteresque et insignis honoribus
complexum familias, habentem consularis fratres, conso-
brinos, auunculum, ipsum uero laboris ac fidei capacis-
simum, sufficiente etiam uigori animi compage corporis,
singularem principalium onerum adiutorem in omnia ha-
buit atque habet, uirum seueritatis laetissimae, hilaritatis 4
priscae, actu otiosis simillimum, nihil sibi uindicantem
eoque adsequentem omnia, semperque infra aliorum aesti-
mationes se metientem, uultu uitaque tranquillum, animo
exsomnem.

In huius uirtutum aestimatione iam pridem iudicia **128**
ciuitatis cum iudiciis principis certant; neque nouus hic
mos senatus populique Romani est putandi, quod optimum
sit, esse nobilissimum. nam et illi qui ante bellum
Punicum abhinc annos ccc Ti. Coruncanium, hominem
nouum, cum aliis omnibus honoribus tum pontificatu etiam

1 *sic A* parua *P*: neque in paruo paucitas ministerii deficit *Thysius*: neque in parua p. ministerii sufficit *Kreyssig*: neque nisi paruo paucitas ministeri sufficit *Mommsen*: *num* p. ministeri idem fecit? *h. e. ac si plures essent* 3 est *Ruhnken*: e *A*: et *P* auctoritaten *del. ante* utilitatemque *A* 4 muniri *Gelenius*: munire *AP* Tiberius *P*: T. *A*, *item c.* 129. 1 Seianumelium equestrī *A* (*sic*) 7 familiā *A* (*sic*) 9 uigore *A* conpage *A* 11 sæuer. *A*: *fortasse* serenitatis: seueritatis priscae, laetissimae hilaritatis *Cornelissen* 12 uitio *del.*, *dein* otiosis *A* similimum *A* 13 eoq̄ [qod] *A* (*sic*) semperque *BA*: semper *P* 14 se metientem *P*: sencientem *A* 15 ex omnem *A* 16 uirtutem aestimationem *B*: huius uiri uirtutum *Ruhnken* 19 qui ante] primi ante bellum *A*: antiqui ante primum bellum *P*: *Puto ex* qui ante *factum esse turbato ordine primum* ante qui, *mox* antiqui 20 Ti. Coruncanium *AB recte, cf. Cic. pro Sulla* vii. 23; *Liu. Epit.* xviii: T. Coruncanum *P* 21 honoribus pontificatum (*om.* tum) *A*

2 maximo ad principale extulere fastigium, et qui equestri loco
natum Sp. Caruilium et mox M. Catonem, nouum etiam
Tusculo, urbis inquilinum, Mummiumque Achaicum in con-
3 sulatus, censuras et triumphos prouexere, et qui C. Marium
ignotae originis usque ad sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis habuere principem, et qui M. † Fuluio tantum tribuere, ut paene adsentatione sua quibus uellet principatus conciliaret, quique nihil Asinio Pollioni negauerunt, quod nobilissimis summo cum sudore consequendum foret, profecto hoc senserunt, in cuiuscumque animo uirtus
4 inesset, ei plurimum esse tribuendum. haec naturalis exempli imitatio ad experiendum Seianum Caesarem, ad iuuanda uero onera principis Seianum propulit senatumque et populum Romanum eo perduxit, ut, quod usu optimum intellegit, id in tutelam securitatis suae libenter aduocet.

129 Sed proposita quasi uniuersa principatus Ti. Caesaris *facie* singula recenseamus. qua ille prudentia Rhascupolim, interemptorem fratris sui fili Cotyis consortisque eiusdem imperi, Romam euocauit! singulari in eo negotio usus opera Flacci Pomponi consularis uiri, nati ad omnia quae recte facienda sunt, simplicique uirtute merentis
2 semper, numquam captantis gloriam. cum quanta grauitate

1 et qui equestri *Fröhlich* : et eque aequestri *A* : et equestri *P* 3 *post* Tusculo *interpunxi, et sic ante me Laurent* 6 Tuilio *Lipsius* 8 principatum *Kreyssig* consiliaret *A* 12 uero *del., dein* ad iuuanda *A* : leuanda *Cludius* 13 propulit *Acidalius* : protulit *AP* 14 perduxit *P* : produxit *BA* 15 intelligit *A* : intellegit *P* 17 quasi *AP* : imagine *Friebel* Tib. *P* : T. *A* 18 facie *scripsi* : forma *Rhenanus et Burer, quasi hinc exciderit, infra post* imperii *transpositum fuerit* : *quod incertum est* singulare censeamus *A* 19 fili *A* Cotyis *Heinsius* : Cotyss *A* : Cotys *P* 20 imperii *AP* Romam *Vrsinus* : formam *ABP* : *Vrsini emendatio si uera est, ut uidetur esse, cadit argumentatio Rhenani et Bureri* forma *superius hinc reuocantium. Nam mero errore* Romam *in* formam *abiit* 21 opere *A* Pomponii *AP* 23 numquam *Orelli* : quam *AP* cum quanta *AP* : *fortasse* nam quanta cum

ut senator et iudex, non ut princeps, * * * et causas pressius audit! quam celeriter ingratum et noua molientem oppressit! quibus praeceptis instructum Germanicum suum imbutumque rudimentis militiae secum actae domitorem recepit Germaniae! quibus iuuentam eius exaggerauit honoribus, respondente cultu triumphi rerum, quas gesserat, magnitudini! quotiens populum congiariis honorauit sena- 3
torumque censum, cum id senatu auctore facere potuit, quam libenter expleuit, ut neque luxuriam inuitaret neque honestam paupertatem pateretur dignitate destitui! quanto cum honore Germanicum suum in transmarinas misit prouincias! qua ui consiliorum suorum ministro et adiutore usus Druso filio suo, Maroboduum inhaerentem occupati regni finibus, pace maiestatis eius dixerim, uelut serpentem abstrusam terrae salubribus [consiliorum suorum] medicamentis coëgit egredi! quam illum ut honorate, *sic* nec secure continet! quantae molis bellum principe Galliarum ciente Sacrouiro Floroque Iulio mira celeritate ac uirtute compressit, ut ante populus Romanus uicisse se quam bellare cognosceret nuntiosque periculi uictoriae praecederet nuntius! magni etiam terroris bellum Africum et 4
cotidiano [in] auctu maius auspiciis consiliisque eius breui sepultum est.

Quanta sua suorumque nomine exstruxit opera! quam pia **130**

1 *sic AP*: *Orelli supplebat* quam ceteri et sanctius diiudicat: *Maduig ex uocabulo quod est* pressius *nomen* Drusi Libonis *exprimebat*, *refragante Thomasio p.* 54: *mihi uidentur nonnulla post illud* princeps *excidisse uelut si scribas* [Libonis et scelus inquisiuit] et causa*m* pressius (*h. e. intentius et curatius*) audi*ui*t   4 actis *del. ante* actæ *A*   6 respondentem *BA*   cultui . . . magnitudine *Burer*   8 *post* id *deletum est* a *in A*   15 terra *Cludius*   cons. suorum *Ruhnken delebat ut ex u* 12 *inculcata*   16 ut hon. nec secure *AP*: sic *addidi, ut iam Burmann sed om.* nec: et hon. nec sec. *Gelenius*   18 sacro uiro floreque *A*   Iuliis *Ruhnken ex Tac. Ann.* iii. 40 exstimulator acerrimus inter Treuiros Iulius Florus, apud Aeduos Iulius Sacrouir   19 compr. *AP*   se *om. A*   22 cottidiano *AP*   in *ante* auctu *deletum est in A; omissum in P*   24 suo *Acidalius*   exst. *A*

munificentia superque humanam euecta fidem templum patri molitur! quam magnifico animi temperamento Cn. quoque Pompei munera absumpta igni restituit! qui quidquid umquam claritudine eminuit, id ueluti cognatum censet
2 tuendum. qua liberalitate cum alias, tum proxime incenso monte Caelio omnis ordinis hominum iacturae patrimonio succurrit suo! quanta cum quiete hominum rem perpetui praecipuique timoris, supplementum, sine trepidatione delec-
3 tus prouidet! si aut natura patitur aut mediocritas recipit hominum, aut ratio deorum cum deis queri: quid hic meruit, primum ut scelerata Drusus Libo iniret consilia? deinde ut Silium Pisonemque tam * * * alterius dignitatem constituit, auxit alterius? ut ad maiora transcendam, quamquam et haec ille duxit maxima, quid, ut iuuenes amitteret filios? quid, ut nepotem ex Druso suo? dolenda adhuc
4 rettulimus: ueniendum ad erubescenda est. quantis hoc triennium, M. Vinici, doloribus lacerauit animum eius! quam diu abstruso, quod miserrimum est, pectus eius flagrauit incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere,
5 indignari, erubescere coactus est! cuius temporis aegritudinem auxit amissa mater, eminentissima et per omnia deis quam hominibus similior femina, cuius potentiam nemo sensit nisi aut leuatione periculi aut accessione dignitatis.

131 Voto finiendum uolumen *est.* Iuppiter Capitoline, et

2 C̄N̄ *A*: CN. *P* 3 qui quidem quam *AP*: 'alias qui quicquid unquam' *Rhenanus*: quicquid enim umquam *Haase*: *fortasse* quidquid umquam 6 Caelio *A*: Caeli *P* 8 dilectus *A* 10 auro deo cum de his queri *AP*: aut ratio (10) *Orelli*: deorum *Rhenanus*: cum deis *Heinsius, qui tamen maluit* audeo cum deis queri *quod receperunt Kritz et Halm*: de deo cum deis queri *iam ante Heinsium Vrsinus, quod praemisso* audeo *uel* aueo *suppleuerim* 12 infestos haberet quorum *suppleuit Burmann* 14 dixit *AP, em. Rhenanus* 15 Druso suo *Burer*: Drusuo *B*: Druso *AP* 16 rett. *A*: ret. *P* est *BA*: *om. P* 17 Vinicii *B* 19 *fortasse* quo . . . quo dolore *A* 20 erubescere *om. P* egreditudinem *A* 25 est *Orelli*: sit *AP* Iupiter *P*

auctor ac stator Romani nominis Gradiue Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium et quidquid numinum hanc Romani imperi molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, uos publica uoce obtestor atque precor: custodite, seruate, protegite hunc statum, hanc pacem, *hunc principem*, eique functo longissima statione mortali destinate 2
successores quam serissimos, sed eos, quorum ceruices tam fortiter sustinendo terrarum orbis imperio sufficiant, quam huius suffecisse sensimus, consiliaque omnium ciuium aut pia * * *

1 ac *B* : et *AP* 2 quicquid *AP* numinum *P* : nominum *AB* : hanc Romani *P et marg. A* : honor omni *BA* 4 praecor *A* 5 pacemq. (q *inducta*) *A* hunc principem *add. Lipsius* 7 eos *P* : eorum *A* 10 fortunate aut scelerata frustramini *Orelli supplebat.* 'Videtur hic parum deesse in hac peroratiuncula uotitia. nam in exemplari uersus aliquot erant erasi, forsan ab aliquo nebulone facturo periculum an illitae membranis notae expungi possint' *Rhenanus* *Post* aut pia *Amerbach addidit hanc subscriptionem, quae claudit fol.* 36 *a*

Tertio Eid. Aug. MDXVI
Basileię In edib. suis
Bo. Amerbacch
Θεσμὸν ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος
P
V

COMMENTARIVS CRITICVS
IN VELLEIVM

COMMENTARIVS CRITICVS

LIBER PRIMVS

2 2 Non adsentior Gutschmidio (Klein. Schrift. v. p. 180) Seruium quae de Codro narrauerit ad Verg. Ecl. v. 12 ex Velleio mutuatum esse. Nam locutio tota disconuenit. *Codrus dux Atheniensium fuit, qui orto bello inter Laconas et Athenienses cum respondisset oraculum, illos posse uincere quorum dux perisset,* [*et hostes scientes a Codro abstinerent*], *habitu humili profectus est ad hostium uicina tentoria et illic iurgio eos in suam caedem instigauit et a nullo cognitus fecit locum oraculo:* [*nam Athenienses eo proelio uicerunt*].

9 5 quo anno et Octaui (*sic m. pr.*, i *post addita*) naualis P.R. et Anitii *A prius, dein* P.R. *erasum est idemque adiectum super uersum ante* naualis.

Octaui PR. naualis *P*.

Hac ex tanta uariatione librorum *AP* fortasse confirmatur id quod coni. Alsters Quaest. Vell. p. 16, et Octaui naualis et Anici praetoris . . . triumphi, ut *naualis* ad triumphum, non ad praetorem referatur. Sic Liuius xlv. 42 *Cn. Octauius Kalendis Decembribus de rege Perseo naualem triumphum egit.*

9 6 prioris *A*: prioreis *P*, manifesto uitio, quod ex *A* liquet in Murbacensi codice non fuisse, sed a Rhenano esse inlatum.

10 1 cum regem Syriae Ptolemeum puerum Alexandriae obsideret. *A*. Warburton corrigebat *iterum rediens e Syria*: *rediens* quidem probabiliter: nam nec *rex*, quod Aldus edidit, uerum potest esse, et *d* cum *g*, *ns* cum *m* non raro permutantur.

10 3 quattuor *A*: quatuor *P*.

Cod. Murbacensem Amerbachius expressit, Rhenanus *quatuor* edidit ex more saeculi sui, quemadmodum supra *prioreis*.

10 4 ante triumphum triumphi (*hoc linea inductum est*) diem *A*: ante triumphi diem *P*.

Quod dedit Amerbachius ex dittographia ortum credo, *ante triumphum* (*triumphi diem* suprascr.), nec facile dixeris *ante triumphum* V. an *ante triumphi diem* scripserit. Nam hoc, tamquam glossemate, illud explicari poterat.

11 2 īmani etiam acha eos *del.*, *dein suprascriptum* achæos *A*, unde colligas Amerbachium prius scripsisse quod in Murbacensi inuenerat, postea iunxisse quae ibi diuise scripta erant.

14 1 nam milītarium (coloniarum) et causa et auctores *AP*.

Burer legit *causae*, 'apiculo illo quo fit diphthongus abraso.' Quanta sit Bureri fides planissime hinc docemur: non fefellerant eum quae nec Amerb. nec Rhenanus uiderant.

14 2 Setina *P*: s&ina (setina suprascr.) a (*hoc del.*) *A*. Erasam *a* litteram non temere scriptam reor: fuerat Setina (a suprascr.), h. e. *Setina* correctum in *Setia*.

16 3 unā (una *P*) priscam illam et ueterem sub Cratino Aristophaneque Eupolide comoediam ac nouam comicam Menander aequalesque eius . . , inuenere. *A*.

Aristophane & Eupolide *P*. Menandrus *P*, *nihil adnotauit Burer*.

Quod Orelli edidit *Aristophaneque et Eupolide*, id Kreyssig adfirmauit ex 17. 1 *Caecilium Terentiumque et Afranium*, nec quidquam puto probabilius inuentum iri. At quod G. A. Koch (Quaest. Vell. p. 7) *nouam* [*uim*] *comicam* scribendum ratus est, adlatis uersibus C. Caesaris de Terentio *Lenibus atque utinam uerbis adiuncta foret uis Comica, ut aequato uirtus polleret honore Cum Graecis neque in hac despectus parte iaceres*, nullum hic locum uideo tali uocabulo, praesertim cum in Menandro aequalibusque eius non uis comica, qua risum spectantibus mouerent, laudaretur, sed ἠθοποιία iuncta cum sermone leni et puro et aequabili. Praetulerim *uiam* quod post *nouam* facile excidere poterat; noua uia comica est καινὴ μέθοδος κωμική, 'a new comic style' uel 'mode.'

16 4 philosophorum quoque ingenia Socratico ore defluentia omnium quos paulo ante enumerauimus *AP*. Ultimis uerbis

creditur V. spectare ad illam partem operis sui quae olim inter c. 8 et 9 legebatur. Mihi consideranti illa *quos paulo ante enumerauimus* uidetur potius c. 13 respexisse ubi de Polybio Panaetioque dixerat. *omniumque* igitur scripserim, quod paulo liberius sic interpretere: philosophorum ingenia a Socrate pendentium, cumque his ceterorum quos paulo ante enumerauimus.

17 5 huius ergo, κ.τ.λ.

Vestigia premens Amerbachii locum sic refinxerim: *huius ergo referentis* (uel *reficientis*) *inque saeculum congregantis se ingeniorum similitudinis et in studium par et in emolumentum causas cum saepe* (sic Maduig) *requiro*. In quibus *se* cum utroque *referentis*, *congregantis* coniungitur.

LIBER SECVNDVS

1 5 Ingeniosa, nec tamen ueri similis, est emendatio Warburtoni qui pro eo quod habent *AP Mancinum uerecundia quippe non recusando perduxit* (*produxit A*) *huc ut*, &c. scribebat uerecundia quae poe*nam* non recusando perduxit hu*nc*, ut, &c.

6 2 Iure uidetur Wopkens *maiora et acriora repetens* sic defendere ut sententia sit 'renouans uel rursus inducens non aeque grauia ac molesta tantum, sed etiam grauiora et molestiora.'

9 2 namque Mutius iuris scientia quam propriae eloquentiae nomine celebrior fuit *A*.

propriae G. A. Koch sic interpretatus est ex Cic. de Orat. i. 39. 180 et Brut. 39. 145 *iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus*, ut eam intellegeret eloquentiam quae finibus illis (sc. iuris et legum scientiae) circumscripta et inde quasi pendens minus dici possit propria.

9 3 Secutus sum, sed dubitanter, Maduicum (Aduers. ii. 300) *magnumque inter hos ipsos facientis operi suo locum . . . celebre et Lucili nomen fuit* reuocantem ad sequens *Lucili*, non ad *Acci* quod praecesserat: tantum *celebre et*, quod habent *AP*, retineo (Madu. inuerso ordine *et celebre* scribebat), cum *et* pro *etiam* sit, *magnumque* ad *locum*, non ad *nomen* pertinere uideatur.

Quod in Hermathen. xxiii. 6 admiratus sum *euectis* fuisse

(testante Burer) in Murbacensi, at in *P eius aetatis*, in *A* [*eius*] *etatis* legi, nunc suspicor Rhenanum et Amerbachium uitiose interpretatos hoc quod cum prius fuisset *elatis* suprascr. *euectis*, postea in id corruptum fuerat quod non uno modo posset intellegi. Sed utcumque res expedienda erit, ablatiuum retineo, siue *elatis* siue *euectis*, cum *tragoediis* coniungendum.

9 6 Pomponium sensibus celebrem *AP*.

Melius antithesi consulueris quae inest illis *uerbis rudem*, si cum Warburtono scripseris *celerem*, cf. 118. 2 *manu fortis, sensu celer*, 73. 1 *manu promptus. cogitatione celer*. Verbis Pomponius usus est rudibus inconditisque, at, quod magnam partem leporis habet, sensibus siue sententiis celer et facilis erat: hoc est, eundem sensum non nimis premebat, sed ab altero ad alterum festinabat, ut noua semper obferret audientibus.

10 1 adeo natura (mature *P*) a rectis in uitia a (*om. A*) uitiis in praua a prauis in praecipitia peruenitur *AP*.

Seruandus hic erat ordo codicum, ne pessum iret assonantia illa *praua, prauis, praecipitia*. De qua re post Woelfflinum et Ebrardum fusius disseruit Milkau *de Vellei Paterculi genere dicendi* pp. 15–25 (Regimonti 1888).

11 1 C. Marius . . . natus equestri loco *AP*.

Equestri Voss in *agresti* refingebat ex Plut. Mar. 3 γενόμενον γονέων παντάπασιν ἀδόξων, αὐτουργῶν δὲ καὶ πενήτων. Iuuen. viii. 245 *Volscorum in monte solebat Poscere mercedes alieno lassus aratro*. Plin. H. N. xxxiii. 150 *orator Arpinas*, Cic. Tusc. ii. 22 *rusticanus uir*. Sed non idcirco agresti loco dicendus erat editus fuisse: quid enim? non patricii quoque agrestibus locis nascuntur?

Hoc potius Velleium significasse credo: Marium *equestri et prouinciali loco ortum* (uerba sunt Tac. Ann. xiv. 53 de Seneca): equitem quidem fuisse, sed municipalem, qualis fuit Cicero. Iuuen. viii. 238 *Municipalis eques*: Cic. de Rep. i. 6. 10 *Consul autem esse qui potui, nisi eum uitae cursum tenuissem a pueritia, per quem equestri loco natus peruenirem ad honorem amplissimum?*

Sic etiam alibi locutus est V. de equitibus quasi fastidiens 76. 4 *qui natus obscurissimis initiis parum habebat summa accepisse*

et proximus a Cn. Pompeio ipsoque Caesare equestris ordinis consul creatus esse : 128. 2 *qui equestri loco natum Sp. Caruilium et mox M. Catonem, nouum etiam Tusculo . . . prouexere.*

Libet hic apponere uerba Eduardi A. Freeman (*Hist. Essays*, 2nd Series, p. 327) : 'Marius was by birth a man of the people in the best sense ; he sprang neither from the proud nobility nor yet from the mongrel populace of the Forum. He was a yeoman's son in the territory of the Volscian town of Arpinum, whose citizens had been admitted to the full Roman franchise only thirty years before his birth': et infra, 'Such a man may even have reached the equestrian census—*natus equestri loco*, says Velleius, which it is dangerous to change into *agresti*.'

13 2 ut minoribus perceptis maiora permitteret *AP*.

Immo *remitteret*: Legibus Drusi inescanda plebes erat ut minoribus perceptis commodis, his contenta sineret quae maiora erant. Id non intellegens senatus, Druso aduersabatur.

13 3 denique a (ea *P*) fortuna Drusi fuit ut male facta collegarum quamuis (quam eius *P*) optime ab ipso cogitata senatus probaret magis *AP*.

quamuis quod habet *A* uerum duco; nec quidquam in sententia deprauatum est modo *cogitatis* scribas pro eo quod habent *AP cogitata*: causa uitii, cum praecessisset *male facta*, ablatiuus in accusatiuum similem (*cogitata*) attractus est.

14 3 si quid artis in te est *A prius*.

Potest hoc uerum esse, utpote planius simpliciusque quam quod est in *P si quid in te artis est.*

16 4 caput imperii sui Corfinium legerantq. apellarent Italicam *A*.

legerantque Italicani *P*: legerant quod appellarent Italicum *Burer*.

Proxime ad uerum accessit *A* : cum enim *Italicam* confirmet lectio *P Italicani*, *appellarent* autem tres testes *APB*, uix dubito *q.* in *quam* refingere, *legerant quam appellarent Italicam.* Burero tamen obsecutus ita locum edidi ut ille in Murbacensi uidetur legisse, *quod appellarent.*

25 4 posuit uictoriam qua demendesmontem ti fata cum C. Norbano concurrerat Sylla gratis Dianae cuius nomini rægio illa sacrata est soluit. *A*.

posuit *etiam P*: qua *etiam P*: demendesmontem *etiam P*: ti fata *etiam P*. Sed Burer adnotauit ' Ex. uet. sic scriptum habet posuit uictoriam qua demendes montē tifata cum C. Norbano concurrerat Sylla.' gratus *P*.

Tifatorum mentio cum hac uictoria Sullae coniuncta est a Plutarcho Sull. 27, sed ut circa hunc montem etiam prodigium, euenisse tradiderit quod Sullae, antequam ex Graecia transiret, omen fuerit fortunae. *μικρὸν δὲ πρὸ τῆς διαβάσεως ἐν Καμπανίᾳ περὶ τὸ Τίφατον ὄρος ἡμέρας ὤφθησαν δύο τράγοι μεγάλοι συμφερόμενοι καὶ πάντα δρῶντες καὶ πάσχοντες ἃ συμβαίνει μαχομένοις ἀνθρώποις. Ἦν δὲ ἄρα φάσμα . . . καὶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ Μαρίου τοῦ νέου καὶ Νορβανοῦ τοῦ ὑπάτου μεγάλας δυνάμεις ἐπαγαγόντων ὁ Σύλλας οὔτε τάξιν ἀποδοὺς οὔτε λοχίσας τὸ οἰκεῖον στράτευμα, ῥώμῃ δὲ προθυμίας κοινῆς καὶ φορᾷ τόλμης ἀποχρησάμενος ἐτρέψατο τοὺς πολεμίους.*

Corrupta uerba sic emendo: pos*t* (Gelen.) uictoriam, qu*i*a (Ruhnken) de me*ri*di*e* s*ub* montem Tifata cum C. Norbano concurrerat Sulla. n=ri, ut interita=intenta 45. 3.

Hoc, et praecipue quod *de meridie* cum Norbano decertarit, ex Sullae rerum gestarum commentariis (Plut. Luc. i, Sull. xxxvii, Prisc. i, p. 476 Hertz) credo sumpsisse V.

26 1 C. Marius septiens CONS. filius annos natus xxvi. uir animi magis quam aeui paterni. *A*.

Quod *aeui* plerique interpretantur aetatis (Laurent, Koch. Milkau, Scriner) tamquam Marius pater diutissime uixerit. filius uero praematura morte abreptus fuerit, mihi uidetur potius significari uitae cursus siue fortuna, neque tantum temporis premenda notio (uelut est Giesio tempus in quod uita incidit, siue peior oportunitas uitae quam patri contigerat), quantum rerum quibus in uita, quoad uixit, filius usus est. Sic Graecis *βίος* interdum est *συμφοραὶ βίου*.

β α

27 2 Hannibalis intra tertium miliarium conspicata castra *A*.

Itaque prius legit Amerbachius *conspicata castra*. Aut me aures fallunt aut hoc maluit V. non id quod est in *P castra conspicata*.

28 2 quippe dictator creatus cuius honoris usurpatio per annos cxx intermissa nam proximus post annum quam Hannibal Italia excesserat uti adpareat populum R. usum dictatoris aut

metu desideras tulio cotimuis se (*suprascr.* cōtinuisse) potestatem imperio prores ad uindicandam maximi periculi spolia mus ierant eo inmodicae crudelitatis licentia usus est. *A.*

Cludio adsentior in his *nam proximus post annum* aegre desiderari uerbum *fuit* et sic potius quam post *excesserat* additum. Proxima sic refingo: uti adpareat populum Romanum usum dictatoris [h]aut metu desideras[se] t[a]li quo timuisse[nt] (uel, ac timuisse) potestatem: h. e. adeo extimescebant dictaturam utpote infestam libertati ut nullo metu potiore usum eius continuis cxx annis reuocare auderent.

Cetera olim a Gelenio emendata sunt, nam quod unum supererat extricandum *spolia mus ierant*, ex quibus ille fecit *rem publicam usi fuerant*, melius Scriner sic scripsit *patriam usi erant*, in quam emendationem et ipse incideram ex 29. 1 *ad uindicandam restituendamque dignitatem patriae*, ita tamen ut prius coniectarem *Romam.*

Verene Cludius emendarit *eo* [*in*] *inmodicae crudelitatis licentia*[*m*] *usus est*, haereo: poterat sic scribi [*in*] *eo i. cr. licentia u. est.* Nec tamen infitior 29. 3 *potentia sua numquam aut raro ad inpotentiam usus* pro Cludiana quodammodo stare sententia.

Totus locus sic euadit: Quippe dictator creatus (cuius honoris usurpatio per annos cxx intermissa: nam proximus post annum [fuit] quam Hannibal Italia excesserat: uti adpareat p. Ro. usum dictatoris [h]aut metu desideras[se] t[a]li quo timuisse[nt] potestatem), imperio [quo] (sic Novák) pr[i]ores ad uindicandam maximi[s] periculis p[atr]iam usi erant, [in] eo inmodicae crudelitatis licentia usus est.

30 6 quo ultima dimicauere acie *A*: qua ultimo d. a. *P*

Comparatis inter se utriusque fontis scripturis uero fit simile V. aduerbialiter *ultimo* posuisse, quod quamuis rarius occurrat, legitur tamen in Petron. S. 139 *cum diu mecum esset luctata et me accersito sermone lassasset, ultimo coepit dicere.*

32 1 Etiam hic suspicor posse uerum erui ex eo quod scripserat Amerbachius, post deleuerat: habet enim *A Dignaque* (*que* post inducto) non *Digna.* Haud ita raro sic usurpauit *que* V. ut transitum faceret ad aliam rem a praecedente non multum disiunctam, uelut hoc loco a Pompeio et M. Antonio praetore ad Q. Catulum eiusque dictum de Pompeio.

32 1 qui (Q. Catulus) cum dissuadens legem in contione dixisset esse quidem praeclarum uirum Cn. Pompeium sed nimium iam liber aeret reip. neque omnia in uno reponenda, adiecissetque Si quid huic acciderit, quem in eius locum substitu^{i}tis? subclamauit uniuersa contio teq. Catule. *A.*

liber aere *P.* substituitis *P.* te Q. Catule *P.*

Videtur Murbacensis *liber aeret*, non *liber aere* habuisse; hoc *P* unus, illud cum *A* Burer quoque testatur: *liberae* [*fi*]*eri* in his latere credo. At in eo quod habet *A substitu^{i}tis* non *substituitis*, uerum *substitu*[*tum*]*itis* agnosco. Nec dubito in Murbacensi praenomen Quinti non per magnam Q. sed per q. minorem fere semper exaratum fuisse; Amerbachium hoc *que* (q.) interpretatum, Rhenanum contra quod in codice inuenit sententia loci sic postulante immutasse.

32 4 praedonesque per multa a multis locis uictis circa Cilitiam classe adgressus fudit ac fugauit. *A.*

a multis locis uictos *P*: 'alias ac m. l. uictis' *Burer.*

Magna hic discordia testium, ut minor solito fides sit Burero. Kritzio tamen adstipulor *ac* recipienti, tametsi is *per multa* perperam interpretatus sit 'multis artibus bellique modis': est enim potius 'uariis temporibus rerum': constat enim multiplex bellum cum piratis fuisse, neque eisdem semper legibus obstrictum.

Fuitne *uictos* an *uictis* in Murbacensi? Certe non desunt alii loci, ubi *i* et *o* inter se permutatas Murb. habuerit. Exempla contulit Kritz p. lxxxix.

33 1 qui alioqui per omnia laudabilis et bello pene inuictus pecuniae pellebatur cupidine. *A.*

expellebatur *P.*

Scrinerum non audio *tenebatur* autumantem facile potuisse in *pellebatur* uitiari, quamuis id uocabulum sententiae optime conueniat. Palaeographiam si sequimur, proxime abest a scriptura *A* id quod anno 1736 ex coniectura dedit Warburton, sed soloece omissa *i* posteriore, *pellic*(*i*)*ebatur*. Id nuper in Aduers. Crit. ii. p. 303 repetiuit tamquam suum Maduicus, puto quod inter coniecturas quas Kritz enumerauit non habet locum: et sic edidit Halm. Quae emendatio, quamuis nullo modo ad

certam accedat, ceteris quae adhuc innotuerunt, potest uideri probabilior.

[Nuper Novák *pellebatur* defendit tamquam sit i. q. *uincebatur*: cuius usus exemplum apud V. non noui.]

35 2 non uirtuti similimus sed per omnia ingenio diis quam hominibus propior. *A*.

Numquam clarius perspicitur quid Rhenano debeamus, quid Amerbachio: hic uidelicet uitia Murbacensis descripsit, non correxit: Rhenanus, quoties certa ei uisa est emendandi uia, uitium sustulit, ne uerbo quidem id se fecisse testatus. Velut in hoc loco scimus Amerbachium exarasse quod in Murbacensi fuit, dicit enim Burer 'Ex. uet. habet non uirtuti simillimus.' Vnde igitur Rhenanus edidit in *P* id quod omnes numeros probabilitatis habet 'homo uirtuti simillimus'? Nimirum ex emendatione siue aliorum siue sua. Sic enim Burer: 'sed (ut sunt uaria chirographorum genera) suspicor librarium homo sic hō scriptum pro non aspexisse: nam si aspirationis caudam quam sursum erectam habet non longule in altum protraxeris, n esse cuiuis non penitus introspicienti uidetur.' Quibus uerbis cum experimentum fecerit Burer coniectandi quomodo *homo* in *non* corruptum fuerit, nempe hō et nō permutatis, Amerbachii fidem, *non* scribentis, sic inlustrauit, ut me certe iudice anxie semper et ante omnia uideatur perpendendum quid ille in apographo suo (*A*), et praecipue manu prima, scripserit.

35 fin. at Catilina non segnius uota obiit quam sceleris conandi consilia intererat quippe fortissime dimicans quem spiritum supplitio debuerat reddidit. *A*.

uota *P*: nota *Burer*. inierat *P*. q. sp. supplicio debuerat, supplicio reddidit *P*.

Incerta est correctio Acidalii *conata obiit*; audi Lipsium 'probe etiam *uota obiit*: ea quae uouerat destinaueratque.'

In ultimis illis, *quem spiritum supplitio debuerat reddidit*, duplex ratio emendandi subicitur: aut enim ordo uerborum Vellei ex toto pessum datus est, nec restitui poterit nisi scribendo *quem deb. supplicio spiritum, reddidit*: aut excidit antitheton quod foret *supplicio*. Hoc si cum *supplicio* similiter sonuisse concesseris, quae assonandi ratio a Velleio frequentata est, (Novák, pp. 42–44) antitheton illud poterit esse *maleficio*. Sic

opponuntur maleficia suppliciis ad Herenn. iv. 8. 12 *quod maleficium cum hoc scelere comparari, quod huic maleficio dignum supplicium potest inueniri?* Hoc per chiasmum sic efferetur: *quem spiritum debuerat* [*maleficio*,] *supplicio reddidit.* Debuerat Catilina, quia scelestum consilium inierat patriam opprimendi, ex eo maleficio statim mori: fugit tamen ex urbe neque ante mortuus est quam in Etruria pugnam pro partibus ciens spiritum uictus cum suis reddidit non maleficio sed patriae poenam maleficii meditate ac tardius exigenti. Maleficio spiritum reddit, qui statim necatur: supplicio, qui dilata morte, quasi id agente fato ut plenius iustiusque plectatur.

36 2 auctoresque carminum Varronem ac Lucretium neque ullo in suspecti operis sui carmine minorem Catullum. *A*.

Hoc tam conclamato in loco unum est in quod plurium conspirent iudicia; nam quod protulit Lipsius *suscepti*, id summo consensu Heinsius, Markland, Ruhnken, Orelli, Madvig, Halm receperunt; ut uix dubitem Arturi Palmer coniecturam *insuspecti* reicere, cum nemo ueterum, quod sciam, tradiderit fuisse in Catulli carminibus quae iniuria ad eum referrentur. Traubii autem emendationem, *neque ullo nisi succincti operis uolumine minorem Catullum*, ad sensum optimam, sed uerborum structura paulo impeditiorem, nondum audeo recipere, utpote a scriptura Murbacensis nimis distantem.

Credideram olim Velleium significasse Catullum semper sibi aequalem et ubique aequabilem uideri, scribebamque *neque ulla in suscepti operis sui* parte se *minorem Catullum*: postea cum intellegerem Wopkensium, cuius iudicio multum semper tribui, sic interpretatum 'Catullum in nullo carmine operis sui Varrone ac Lucretio fuisse minorem,' neque tamen, si Epigrammatum bonam partem consideres, posse id uere de eo dici, iudicaui uitium subesse in illo, quod nimis languet repetitum, *carmine*, et pro hoc *conamine* reponendum. Quamquam enim inter Catulli epigrammata non pauca sunt quae minorem eum Lucretio euincant, praecipue si ex dignitate carminis poeta aestimetur, uerum tamen est ne in Epigrammatis quidem, si uniuersa spectes quasi unam partem conficientia corporis, cuius reliquae partes fuerint Lyrica, Epithalamia cum Attine, Epyllion, Elegiae, esse quidquam causae quominus Varroni Atacino et Lucretio habeatur

par. Recteque, opinor, V. *conamen* dicturus erat id quo Catullus ad uarias laudes poeseos adspiraret modo melica, modo Elegias, nunc Epyllion, nunc Epigrammata scribendo : et in hoc quadrant uerba *suscepti operis* : quod enim suscipitur conamen est.

37 4 non esse turpe ab eo uinci quem uincere esset nefas neque inhoneste aliquem summitti huic quem fortuna super omnes extulisset. *A*.

huic *om. P, cuius in margine Rhenanus adnotauit* Alias neque ei.

Quis non hic quoque agnoscat praestantiam Amerbachiani apographi? illud *huic* quam Latine, quam ad morem Vellei dictum est! Sed miror unde factum sit ut quod anno 1516 Amerbachius recte exscripserat, de eo Rhenanus, cum quattuor post annos ederet, iam dubitantem se professus fuerit.

39 3 At T. Caesar quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat parem Illyriis Delmatisque extorsit. *A*.

Non recta mihi uidetur esse emendatio Vrsini pro *parem* scribentis *parens*, etsi multis ea placuerit, eademque obuenerit Lipsio. Respondent inter se *quam . . . parem*, unde si *parem* sustuleris, cadet concinnitas sententiae. Praeterea iniucunda est auribus παρήχησις illa *parendi . . . parens* dissimilisque ceteris quae apud Velleium multae, sed gratae, reperiuntur. Scripserim *At Ti. Caesar quam certam Hispanis* [*is* sc. Augustus] *parendi confessionem extorserat, parem Illyriis Delmatisque extorsit*.

T. Caesar, non *Ti. Caesar*, cum non *A* solum et *P*, sed Burer quoque in id conspiret (*APB*), exaratum in Murbacensi fuerat: primus Vrsinus uerum praenomen uidetur restituisse.

40 1 penetratae cum uictoria Media Albani Hideri ac deinde flexum agmen ad eas nationes quae dextra adque intima Ponti incolunt Colchos Eniochosque et Acheos. *A*.

Hiberi *P*: Albania, Hiberia *Burmann*: *malim* Albani, Hiberia.

Cum latinum non sit *penetratae Media Albani Hiberi*, neque hic locus sit particulae *ac*, suspicor reponendum esse *penetratae Media Albani Hiberi*a. Ex Flor. iii. 5. 21 *Hiberi, Caspii, Albani* et 28 *ignouit Hiberiae, pepercit Albanis* colligo Albanos etiam Traiani aetate dictitatam regionem, non Albaniam, quamuis *ab Albania sua* idem Florus iii. 5. 28 scripserit. Velleio certe

non est tribuendum femininum *Albania*, cuius nullum uestigium habent *ABP*, contra in corruptis illis *hideri ac* recte Burmannus indagauit *Hiberia*: nam pluralem *Hiberiae* respuit usus geographorum.

40 4 quod (*corr. in* quot) partes orbis terrarum sint (*corr.* sunt) totidem faceret monumenta uictoriae suae. *A*.

terrarum orbis *P*.

Etiam hic Amerbachio credendum erat, non Rhenano. Cui enim tam hebetes aures sunt, ut non gratius sonet uerborum ordinatio quae est in *A orbis terrarum* quam quae in *P terrarum orbis?*

Alterum illud *sint* quod prius scriptum est in *A* rationem habet, si totam clausulam *ut primum . . . uictoriae suae* ex consilio fortunae pendere facias.

41 1 Secutus deinde est $\overline{\text{COS}}$ C. Caesar/ [is] qui scribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se morari cogit. *A*.

Consulatus C. CAESARIS *P*. quemlibet *P*: 'alias quamlibet' *Burer.*

In *A* post *Caesar* rasura est, *is* autem, quod supra uersum est, alio tempore uidetur additum. Habet praeterea *quamlibet*. Hoc ut multo rectius est quam *quemlibet*, suique testem praestat etiam Burerum, sic non minus recte deletae sunt litterae quae uocabulum *Caesar/* secutae sunt: $\overline{\text{COS}}$ autem non *consulatus* est, sed *consul*. Et sic credo Velleium scripsisse: *secutus deinde est consul C. Caesar*: post quae multo significatius sequitur *qui scribenti manum in[i]icit.*

41 2 qui denique semper et cibo et somno in uitam non in uoluptatem uteretur *A*.

et somno et cibo *P*.

Optime Kreyssigius iudicauit potiorem ordinem esse qui in *A* quam qui in *P* est, allatis Liu. iii. 2 *corpora cibo somnoque curant*; xxxii. 11 *cibi quietisque sumeret tempus*. Adde ix. 37 *curati cibo corpora quieti dant*, Tac. Hist. iii. 22 *reciperatis cibo somnoque uiribus.*

41 3 neque unquam aut die aut nocte . . . aut ex calcearetur aut discingeretur *A*.

aut nocte aut die *P*.

Lis inter duos testes haec altera priori similis. Amerbachio equidem non uereor accedere. Quamuis enim *noctesque et dies* bis Terentius dixerit And. iv. 1. 53, Eun. v. 9. 49, *noctesque diesque* semel Horatius S. i. 1. 76, eundemque ordinem frequenter Cicero, teste Mergueto in Lexico, secutus sit (Verr. Act. i. 52, Act. ii. 5. 112; de Orat. i. 260; Brut. 308; Tusc. v. 70; Fin. i. 51) nec dubitem etiam alibi inuenturos esse qui hoc sectati fuerint: at illum inuersum ordinem *dies noctesque, dies et noctes*, non solum Cicero uidetur praetulisse, nam sexies decies sic repperi Rosc. Am. 6; Clu. 190, 195, 198; de l. agrar. ii. 68 et 77; Mur. 78; pro dom. 30; Vatin. 26; Deiot. 38; Marc. 22; Phil. ii. 116; vi. 17; x. 20; xiv. 20; Att. xii. 46; uerum etiam praetulit, quantum scio, constanter Caesar B. G. vii. 42 et 77, B. C. i. 62, et scriptores Caesaris bellorum Af. 26, Hisp. 38; quibus adde Sallustium fr. Hist. ii. 89; iv. 34 Maurenbrecher (*diu noctuque*), Cat. 27 *dies noctesque festinare*.

42 2 contracta classe et priuatus et tumultuaria inuectus in eum locum ubi (*corr.* in quo) ipsi praedones erant partem classis fugauit partem mersit. *A.*

priuatim *coni. Cludius*: priuata *Oudendorpius*   et priuatus et tumultuaria contracta classe (sic potius, non ut dedi p. 61) *Scriner.*   in quo *P.*

Non est cur *priuatim* uel *priuata* scribatur: nominatiuus suum locum habet, referturque ad subiectum, quod uocant, sententiae: Contracta classe, quamuis et priuatus (ea inueheretur) et tumultuarie conscripta, inuectus . . . fugauit.

42 3 in Bythiniam perrexit ad proconsulem Iunium cum idem enim Asiam eam quam obtinebat petens ut auctor fieret sumendi de captiuis supplitii. *A.*

Satis commode post Lipsium *eamque* corrigentem, et egregiam disputationem Nipperdeii (opusc. p. 326 et 448), qua *Iunium cum* ex eo explicauit quod *Iuncus* potius quam *Iunius* appellatus sit is qui pro consule tum Bithyniam tenebat, locus sic expedietur, qualis in archetypo potuit esse, *in Bithyniam perrexit ad proconsulem* $\overset{\textit{cum}}{\textit{Iunium}}$ (*idem enim Asiam eamque obtinebat*) *petens*, &c. Eandem dubitationem mouent Plutarchi codices in uita Caesaris c. 2, nam Ἴουγκον ibi scriptum est. *Eamque* Velleius neglegentius posuit, *Bithyniamque* significauit.

45 3 sera Cn. Pompei cura uerum et cupit interita *AP*.

Nihil pulchrius in emendando Velleio factum est quam quomodo illa *et cupit interita* in *ut coepit intenta* correcta sunt, neque uno tamen tempore totus error sublatus, sed *ut coepit* est in editione Geleniana anni 1546; *intenta* non ante a. 1737 Wopkensius inuenit (Aduers. i. p. 81, ed. Frotscher, 1835).

47 2 septimo ferme anno Caesar morabatur in Gallis cum medium iam ex inuidia Ponti et Camiliae coherentis inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae pignus Iulia uxor Magni decessit. *A*.

Galliis *P*. Ponti ac Camiliae *P*: Pontiae Camillae *Burer*.

Vnum habeo quod hic adferam noui, ut *Camiliae* siue *Camillae* corruptum existimem ex *cum illa male* uel *cum illa aegre*: uix enim dubitarim Lipsio adsentiri *potentiae* ex compendio non intellecto factum esse *pontiae*. Verba sic ordino: *Iulia pignus concordiae ex potentiae inuidia aegre cum illa* (*potentia*) *cohaerentis*, h. e. pignus concordiae quae ex potentiae inuidia aegre cum illa cohaerebat.

48 3 Huius (C. Curionis) animo †uoluptatibus uel libidinibus neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent. *AP*.

Scripsitne Paterculus *huius animo uolutabundo in libidinibus*, quae uerba sic coniunxit M. Tullius de Rep. ii. teste Nonio p. 491? Iam Heinsius emendarat *uolutanti*. Certe sic explicatur *bus* quod est in *AP*; sic etiam *uel*. Nam *uel, in* permutantur in Commonitorio quod ab Orientio scriptum edidi in Corpore Script. Eccles. Latin. Vindobonensi xvi. Ibi qui uersus i. 383 *Vindictae studio totas in bella dedisti* sic editur ex Ashburnamensi, in Delrionis codice nunc deperdito scriptus est *V. s. t. uel b. d.*, unde suspicatus sum etiam Catulli illud uitiatum lv. 9 *A uelte* corrigendum esse in *Ain te*; quod uideo Fredericum Plessis recepisse.

Notabile exemplum coniunctarum uocum *libidinis, uoluptatis* extat in Ciceronis Somn. Scip. ix. 28 *impulsu libidinum uoluptatibus oboedientium*: quod tamen nihil habet quod ad Vellei locum pertineat.

48 5 ad ultimum saluberrimas et coalescentis condiciones pacis . . . discussit ac rupit (Curio). *AP*.

Fortasse *etiam coalescentis* scribendum erat, h. e. etiamnum:

ēt fuerat in eo codice unde Murbacensis fluxit. Ēt pro etiam saepissime in codicibus omnis generis et aetatis inueni.

49 1 Lentulo et Marcello C̄N̄· post urbem conditam annis a. CC . III et annos LXXVIII quam tu M. Vinici consulatum inires bellum ciuile exarsit. *A*.

C̄N̄· *A* : COSS. *P*. annis ĀCCIII. *P*. et annos LXXVIII *Burer*: et LXXVIII *P*.

Mire hic erratum est in *A*, cum C̄N̄ praestet, sententia potius COSS. postulante: neque tamen ausim eum errorem imputare Amerbachio, cum quam emendationem (COSS.) Rhenanus in *P* edidit, eandem nemo non prolaturus fuerit de suo. Quod uero *A* numerum 703 sic expressit ut prima littera a parua sit, in eo uide ne uestigium subsit causae unde numerus deprauatus est: fuerat DCCIII, deinde mutata D in d, d. CC. III, ex hac denique a. CC. III, sic enim in *A* scriptum inueni.

Sequentia Orellius sic correxit *et ante annos* LXXVIII, ego *et annos ante* LXXVIII (sic potius quam ut dedi p. 68): solet sic collocari post accusatiuum.

49 4 ut deinde spretis omnibus quae Caesar postulauerat tantummodo contentus cum una legione ne titulum retinere prouinciae priuatusque in urbem uenire et se in petitione consulatus suffragiis P. R. committere decreuere *A*.

ne *om. P*. titulum *AP*, *falso Orellius id omisit*. 'Exemplar uetus sic habet ut legendum existimem committere decreuerat' *Burer*.

Si tanta fides esset Burero ut testem eum contra coniunctos *A* et *P* acciperemus, posset uideri *decreuerat* in Murbacensi fuisse, nec deesset structura indicatiuo parenthesin inferenti similem earum de quibus fuse disseruit Thomas p. 23 sqq., *ut spretis o. quae Caesar postulauerat* (*tantummodo contentus cum una legione titulum retinere prouinciae, priuatus* [*que*] *in urbem uenire et se suffragiis P. R. committere decreuerat*). Sic ex *ut* penderet *transiit*, his tamquam protasi responderet apodosis *Cn. Pompeius consulesque . . transmisere.*

Sed cum Burer scripturam Murbacensis interpretari tantum, non quae fuerit testari uideatur, acquiescendum potius erit in eo in quod *AP* conspirant, *decreuere*. Hoc recepto plerique Gelenii emendationem secuntur *priuatus in urbem ueniret et*

se . . committeret decreuere, nisi quod Thomas *priuatusque* retinuit, tamquam *que et* inter se respondere Velleius uoluerit.

Unum habet *A* quo discrepet cum *P*, additum *ne* post *legione*. Hoc ex mera geminatione syllabae ortum uidebatur Orellio. Sed potest etiam alio ducere. Quid si locus sic constituendus sit? *tantummodo contentus una legione titulum ne retineret prouinciae, priuatusque in urbem ueniret, et se in petitione consulatus suffragiis P. R. committeret, decreuere.* Hic *cum* post *contentus* omittendum erat; *titulum ne* (potius quam *ne titulum*) *retineret* pariter ac *ueniret . . . committeret* scribendum.

50 1 At Caesar Domitio legionibusque Corfini una cum eo fuerant potitus duce aliisque qui uenerant abire ad Pompeium sine dilatione dimissis. *A*.

legionibusque Corfini quae una *P*. uenerant *etiam P*.

Postquam Baiterus emendarat *legionibusque quae*, tamquam omisso *quae* propter antecedens *que*, omnes certatim id receperunt, ordinem qui in *P* est *legionibusque Corfini quae una cum eo fuerant* repudiarunt. Atqui, palaeographiam si excipias, cetera pro hoc potius stant. *Corfini* enim in principio sententiae posuit V. dum cupit statim indicare ex loco ubi fuerant, quas significat legiones: estque hoc tam ex consuetudine latinitatis ut non a Rhenano sic inuectum uideatur, sed *quae* casu omissum ab Amerbachio. *uenerant*, pro quo plerique scripsere *uoluerant*, facilius in *conuenerant* refinxeris. Vide Georgesii Lexicon i. 1554 ubi haec structura uerbi, qua homines conueniunt in aliquid faciendum, confirmatur ex Iustino, Hygino, et iuridicorum scriptis: sin ea minus Velleio idonea habebitur, scribe *qui*[bus con]*uenerat*.

52 4 illud notandum est ut primum C. Caesar inclinatam uidit Pompeianorum aciem neque prius neque antiquius quicquam habuit quam in omnes partes ut militari uerbo et consuetudine utar dimitteret. *A*.

et uerbo et c. *P*.

Quod plerique ante me qui fuerunt, sincerum sunt arbitrati, *in omnes*, in eo laborasse Murbacensem reor. Nam Kritzius multis locis praecipue ex Caesaris B. G. allatis ubi *in omnes partes dimissi* dicuntur modo milites uel auxilia legionum, modo nuntii, modo speculatores, contentus sic satis fecisse militari

uerbo, lacunam post *dimitteret* statuit, in qua supplendum foret *qui proclamarent, ut ciuibus parceretur* (Suet. Caes. 75, App. ii. 80). Mihi nihil eiusmodi uidetur excidisse; sed *in omnes* factum est quod fuerat *incolumes*; omisso *ut* ante *in-* fortasse quia simili specie duae hae uoculae exaratae fuerant. In *A* certe *ut in* tam simili sunt specie 50. 2 *in senatu* ut uix inter se dignoscantur. Itaque militare uerbum *partis* erit: quo quidem uerbo nihil tunc usitatius, neque in ore magis militibus fuit. Cic. Phil. xiii. 20. 47 *Antoniusne potius et Ventidius partis Caesaris defenderent quam primum Caesar . . . deinde Pansa et Hirtius, qui quasi cornua duo tenuerunt Caesaris, tum cum illae uere partes uocabantur.* B. African. 87. 4 *Caesaris partibus fauisse sciebant.* Vell. 52. 2 *neque hercules quidquam partibus illis salubrius fuit.* Luc. v. 14 *Non Magni partis, sed Magnum in partibus esse*, et alibi, nam nemo Lucano magis id uerbum frequentauit.

Incolumes uictos dimittere 100. 4 *quem* (Iul. Antonium) *uicto eius patre non tantum incolumitate donauerat*, cum uix in consuetudinem possit uenire uictoribus, *et consuetudine* cum Lipsio pro *ex* c., ut saepe alias, scriptum reor.

Postquam haec scripseram, legi quae de hoc loco G. A. Koch disseruit (*Quaestt. Vell. Lipsiae* 1866, p. 16). Huic quoque, sicut nobis, nihil excidisse uidetur, cum uerbum *dimittendi* sic accipiat ut sit discedere iubere sc. ex pugna inclinatam Pompeianorum aciem, *dimitteret* autem mutat in *dimittere* cum Haasio, cuius infinitiui post *nihil antiquius, prius &c.* exempla allegat Suet. Claud. 11 *nihil antiquius duxit quam id biduum memoriae eximere.* Liu. xxxviii. 47. 4 *nihil prius nec potius uisum est quam responsa accipere.*

54 1 Non fuit non maior in Caesarem quam in Pompeium fuerat regis eorumque quorum is auctoritatem (m *inducta*) regebatur fides. *A*.

non fuit maior *P*, *sed adnotauit Burer* 'ex. uet. habet Non fuit non maior in cæsarem &c. mihi uidetur legendum, non fuit tamen maior in cæsarem &c.'

Rursus Amerbachii fidem confirmauit Burer, eleuauit Rhenani. Sed nec probabilius emendatus est error quam in illo *tamen*; nam *fuit tn̄*, erasa altera *t*, *fuit n̄* factum est.

54 2 nusquam erat Pompeius corpore adhuc ubique iubae[uiuo] nomine. *A*.

Et hic praestantia agnoscitur apographi Amerbachiani. Nam in *P iubae* tantummodo est: in *A* suprascriptum *uiuo*, siue id superfuit ex *uiuebat* (quae emendatio est Lipsii) siue ex nominatiuo *uiuos*, quod et ipsum non longe abest a uero. L. v. Ian (Philol. iii. p. 341) allegauit locum similem Euripidis Orest. 390 τὸ σῶμα φροῦδον, τὸ δ' ὄνομ' οὐ λέλοιπέ με.

55 1 sequens fortunam suam Caesar in peruectus in Africam et quam occiso Curione tulianarum duce partium Pompeiani obtinebant exercitus ibi primo uaria fortunam expugnauit uia inclinataeque hostium copiae. *A*.

Caesar peruectus *P*, *om.* in. Africam quam *P*, *om.* et. Iulianarum *P*.

Non recte hic locus a plerisque editur, ne ab his quidem qui Orelliana editione Amerbachiani apographi (*A*) usi sunt. Orellius enim *et* ante *quam* optime correxit in *est*, sed idem *in* ante *peruectus* intemptatum reliquit. Mihi *in* pro *ut* scripsisse Am. uidetur simili specie deceptus uocularum, sicut in 50. 2, ubi nescio an ipsum illud scriptura imitari conatus sit: certe uix dicas utrum *ut* an *in* ibi potius interpretere. Huic protasi *Caesar ut peruectus in Africam est*, apodosin facit *ibi primo* κ.τ.λ.

In ceteris *tulianarum* nescio an error sit Amerbachii, an sic inuenerit in Murbacensi scriptum; recte certe Rhenanus edidit *Iulianarum*. Nec quemquam puto infitiaturum eximie Acidalium grauissimum mendum sustulisse scribendo *primo uaria fortuna, mox pugnauit sua*.

55 3 increpata[i] prius fortuna. *A*.

increpita *P*.

increpatus habet cod. Mediceus cum tribus Palatinis Liui xxiv. 17. 7: *increpitus*[a] cod. Puteaneus. *increpatus* etiam codices Iustini xi. 3. 5 quos Ruehlius classibus duabus T et Π adsignauit. (Neue-Wagener, Formenlehre der Lat. Sprache iii. 525.)

56 1 *magnificentissimisque* non solum Burer adserit, sed *A*; falso enim dixit Orellius *magnificentissimis* (om. *que*) et in *P* et in *A* fuisse: nec potuit abesse, cum asyndeto hic locus non sit.

58 1 quo anno id id patrauere facinus *A*.

id *semel P*.

Ne hic quidem, ut nec in 49. 4 *legione ne*, mero errore geminationis eandem syllabam repetitam reor: alterum *id* quod est in *A* ex *ita* potuit duci, quemadmodum 56. 4 *quod ab eo id repulsum erat* recte a Rhenano *quod ab eo ita repulsum erat* emendatum est. Velleianum est sic amplificare sermonem. 78. 2 *interim per haec tempora*. 77. 2 *id unum tantummodo*. 73. 3 *is tum, ut praediximus*.

59 1 de cuius origine etiam si praeuenit et pauca dicenda sunt. *AP*.

Loquitur de Octauio, nepote Caesaris sororis Iuliae, qui mox Octauianus ex adoptione, postremo Augustus appellatus est. Huius tanti mox uiri ingrediens gesta, quibus princeps ad ultimum factus est Romani nominis, non mirum si Velleius paulisper in genere et origine eius immoratus est, anticipato tempore maioris potentiae. Itaque scripserim *etiam si praeueniet*, quibus uerbis fatetur aptius se de origine Augusti tum dicturum fuisse cum ad maturatam potestatem peruentum esset; sed magnitudine uiri motum occupasse de parentibus dicere. *Etiamsi praeueniet* sc. pauca dicere; idem potuit sic enuntiare *etiamsi praeuerterim*, (*etiam praeuertenti* Orelli).

60 2 dictitans nefas esse quo nomine Caesari dignus esset uisus semet ipsum indig[β]num uide[α]ri. *A*.

uideri indignum *P*.

Praeferendus erat is ordo uerborum quem *A* habuit a m. prima *indignum uideri*. Pro *semet* Vrsinus rectius dedit *sibimet*.

60 4 sestertium septiens miliens depositum a C. Caesare ad aedem Opis occupatum ab Antonio actorum eiusdem insertis falsis ciuitatibusque corruptis commentariis atque omnia pretio temperata uendente remp. consule.

Prima ed. Bipontina exhibuit id quod plerique post Krausium ediderunt *corrupti commentarii*: 'nam cum praecedat *occupatum*, sequatur *temperata*, necesse est medium membrum eandem habere constructionem uerbi finiti sine uerbo substantiuo positi,' ut uerbis utar Kritzii.

Hic cum ad cetera expediendum Ciceronis uerba attulerit de

Antonio Phil. v. 4. 11 *decreta falsa uendebat, regna ciuitatis inmunitatis in aes accepta pecunia iubebat incidi: haec se ex commentariis Caesaris, quorum ipse auctor erat, agere dicebat*, uerosimile fit aut *ciuitatibus* [*inmunitatibus*]*que* aut uerso ordine [*inm.*] *ciuitatibusque* scripsisse Velleium; illud si fuit, adhaesit *que* priori *ciuitatibus*, absorpto quod interpositum est similis soni nomine; si *inmunitatibus ciuitatibusque* fuit, omissum est quod praecedebat, aberrantibus oculis ad posterius.

Haec ego postquam Kritzii perlecta adnotatione 'palaeographia duce collegeram, intellexi iam Perizonium in idem incidisse, ratum *inmunitatibus* uel simile quid ante *ciuitatibusque* excidisse.

64 1 C. Caesari poenas dedit cuius cum fuisset (*hoc uocabulum erasum est*) primus omnium amicorum fuisset interfector fuit. *A*.

Chiasmum si credimus hic ut in aliis locis V. adfectasse, melior erit ordo quem manus prima in *A* dedit *cum fuisset* quam qui postea scriptus est, *amicorum fuisset*, quod etiam in *P* est: meis quidem auribus gratius sonat sic ordinata sententia.

66 2 abscissaque scelere Antonii. Vox publica audita est cum eius salutem nemo defendisset qui per tot annos et publicam ciuitatis et priuatam defenderat. *A*.

abscisaque *P*. audita *om. P*.

Notabilis est adiectio in *A* uocabuli quod nec in *P* est nec a Burero memoratur *audita*. An uere sic traditum est, exciditque uel *nusquam* uel *non iam*, sicut in Corneli Seueri uersibus (quos de Ciceronis exitio seruauit Seneca suasoriarum libro 6 fin.) dictum est, *Publica uox saeuis aeternum obmutuit armis?* Non solet certe Amerbachius uerba de suo addere, quamuis interdum alia omiserit.

66 4 rapuisti tum Ciceroni lucem sollicitam et aetatem senilem et uitam mes/// (*sic, sed* mes *in* mis *correctum est, dein inductum*) miseriorem te principe quam sub te tribuno (*hoc linea inductum*) triumuiro mortem. *A*.

Futtilis est emendatio Gelenii *rapuisti tu M. Ciceroni*: quid opus hic praenomine? languet adeo, et misere languet. At habet uim suam *tum*, h. e. cum linguam abscideres.

68 1 Suo preteritum loco referatur neque enim persona umbram actae rei capit. *A*.

Haec sic interpretor, Caeli personam eiusmodi fuisse h. e. tam notam omnibus ut quod ab eo factum est non posset obscurari quasi re uera non accidisset. 'Let me here record a circumstance which was omitted in its proper place: since the character of the person does not admit of a real fact being kept in the dark.'

68 1 M. Caelius uir eloquio animoque Curioni similimus sed in utroque perfectior nec minus ingeniose nequam cum īmodica quidem seruari posset quippe peior illi res familiaris quam mens erat in praetura nouarum tabularum auctor extitit. *A.*

in modica *P*: ne in modica quidem [fide] seruari posset *Maduig.*

Incerta est emendatio Maduici, nec uiam nouae praecludit. Duplicia temptarim: aut (1) cum *ne* modica quidem [soluere ac] seruari posset, h. e. modicam partem debitae pecuniae, ut sic fieret compositio; (2) *ne* modica quidem *eiurare* posset, h. e. iure iurando profiteri se ne modica quidem soluendo esse. quae locutio ad notissimum illud *eiurare bonam copiam* accommodari potuit.

in cum *ne* permutatum uidetur 116. 1 ubi in *A* est ~~ne~~ in multos (*sic*).

68 2 in urbe seditionem haud magis occulte bellicum tumultum mouens *A.*

Postquam *magis* Lipsius intellexit *in agris* corrigendum esse, Ruhnkenius *haud* in *at* mutauit, idque recepit Kritzius. Sed multo speciosior est coniectura Mommseni *haud* ante *occulte* transponentis, *in agris haud occulte bellicum tumultum mouens*; nam Romae praeter seditionem nihil ausus est Caelius, at in agris palam bellum ciebat, misso in Thurinum ad sollicitandos pastores Milone.

Mommseni emendationem et Haasius et Halmius receperunt, et nouissime, F. E. Rockwood in ed. Americana (Boston, 1893).

69 2 C. Cassius . . . inclusum Dolabellam qui praeoccupata Asia in Syriam peruenerat Laodicia expugnat ea urbe fecerat ita tamen ut adiectum serui sui Dolabella non segniter ceruicem daret et decem legiones in eo tractu sui iuris fecerat. *A.*

Laodicia expugnat *Burer testatus est in Murbacensi fuisse*: Laodiceam expugnata *P.* fecerat ita tamen ut adiectum *etiam*

P, quod Rhenanus in marg. correxit interfecerat (*uel* confecerat) ita tamen ut ad ictum.

Laodiciae recte Vossius, cum excidisset *e* ante *expugnat.* Cetera uitia iam Rhenanus sustulerat, nisi quod pro priore *fecerat* coniectauit *interfecerat.* Quamquam enim potuit V. *fecerat* . . . *interfecerat* per paronomasiam quamdam uel parechesis causa sic scribere, ut scripserat Nepos Eum. 2. fin. *interficere conatus est et fecisset*, uix tamen satis proprie *interfecerat* dicturus erat de eo qui alium coegit mortem sibi consciscere.

Videtur excidisse uerbum quo significaretur Cassius necessitatem Dolabellae imposuisse moriendi: potuit hoc sic efferre *mori* uel *obire fecerat*, cf. Thielmann *Archiv für Lat. Lexikographie* iv. 176 sqq. Iam Berndtius Quaestt. Vell. p. 21 coni. *ad mortem egerat.*

75 3 Liuia . . . tum fugiens mox futuri sui Caesaris $\overset{c}{\text{arma}}$ bimum hunc Tiberium Caesarem . . . gestans si nuper auia itinerum uitatis militum gladiis uno comitante peruenit ad mare. *A*.

arma nus bimum *P*: ad quod Burer adnotauit 'exemp. uet. (h. e. codex Murbacensis) sic habet ut legendum existimem Caesaris arma, cuius bimum hunc Tiberium Caesarem &c.' sinu per *P*.

Ex uerbis Bureri constat in Murbacensi fuisse ante *bimum* litteras quae Rhenano uisae sint *nus*, Burero reliquiae uocabuli finiti in *-us*, Amerbachio ita obscurae ut omiserit. Ex eis Vossius fecit *minus*, Ruhnkenius *manus*. Ego cum in *A* sic scriptum inuenissem $\overset{c}{\textit{arma}}$, hoc *arma ac ma* siue $\overset{\textit{acma}}{\textit{arma}}$ interpretabar, recepto autem *nus* quod in *P* est locum sic refingebam, *Liuia . . . tum fugiens mox futuri sui Caesaris arma ac manus.*

Hoc si recte uenatus sum, rursus apparet praestantia cod. *A*, nec minus elucet diligentia Amerbachii, qui unus non *arma*, sed *c* supra adiecta $\overset{c}{\textit{arma}}$, tradiderit, quamuis litteras *nus* insolita ductus haesitatione omiserit. Neglegentiam certe non imputaueris: quis enim non uidet fuisse in Murbacensi distractis uocabulis id quod Amerbachius dedit *si nuper*, non quod Rhenanus ex sua emendatione *sinu per?*

Non multum huic dispar casus in 76. 1 accidit ubi *AP* habent

grauis iam aetate et corpore cum esse non posset, Burer autem non *cum*, sed *comes* autumat in Murbacensi fuisse. Videtur *comes cum es*[*se*] scriptum fuisse a Velleio ; hoc cum per errorem sic scriptum esset *comes* (*cum* supra scriptum) *esse*, Amerb. et Rhenanus *cum*, Burer *comes* potius id interpretatus est.

81 2 * * relicti erant publici pro his longe uberiores reditus duodeties sestertii in Craeta insula redditi et aqua promissa quae hodieque singulare et salubritatis instar et amoenitatis ornamentum est. *A*.

Quod habet *A sestertii* seruandum censeo, ut *sestertii* genitiuus sit neutri quod est *sestertium*. Liu. xlv. 4 *argenti ad summam sestertii deciens in aerarium rettulit*; Cic. Phil. ii. 37. 95 *syngrapha sestertii centiens*; Tac. Ann. xii. 58 *centiens sestertii largitione* (Zumpt Gr. § 873).

instar si recte traditum est (nam quod pro eo ex coniectura editum est *instrumentum* ualde displicet), non erit 'quod instaurat,' quem significatum Acidalius ex Pauli uerbis *Instaurari ab instar dictum cum aliquid ad pristinam similitudinem reficitur* perperam elicuit, recepitque editor ed. Delph. Robertus Riguez, nam nulla potest hic reficiendi subesse notio, sed μέτρον siue modus mensurae, h. e. summa uel copia, ut nos dicimus 'amount,' 'sum.' Sic 29. 2 *multorum uoluminum instar exigit.*

82 1 qua aestate Caesar tam prospere Libium in Sicilia Bñ fortuna in Caesare et in rep. militauit ad Orientem quippe Antonius cum XIII. legionibus egressus Armeniam ac deinde Mediam et per eas regiones Parthos petens habuit regem eorum obuium. *A*.

Bñ *A* : bene *P*.

Libium cum uix possit ad Lilybaeum referri, nam nec quod Appianus narrat a Sex. Pompeio Plennium ἐν Λιλυβαίῳ oppositum Lepido (B. C. v. 97), et inde cum octo legionibus accitum (122), nec quod Dio tradit 49. 8 Lepidum circa Lilybaeum moratum esse antequam Octauiano se iungeret, ullo modo sunt tanti ut circa hunc locum uictoria Octauiani dici potuerit stetisse ; Naulochus enim, ubi classis Sex. Pompei ad ultimum deuicta est, longissimo interuallo abest a Lilybaeo ;

Perizonii sequor sententiam credentis opponi hic inter se quod prospere *sibi* Caesar in Sicilia contra Sex. Pompeium gesserit, et quod Caesaris eademque rei publicae *Fortuna* ad Orientem militans contra Antonium. Et Perizonius quidem (cuius dissertatio extat in tomo 4 Sylloges Epistolarum Burmanianae, pp. 790, 819) *tam prospere sibi in Sicilia* scribebat, quod ego quoque conieceram sed addito *tum* ut *sibi tum* in *libium* corruptum crederem (sic *Solium* habent *AP* 86. 2 pro eo quod est *Sosium*) *sibi* autem quod ille coniungebat cum *militauit*, ego ad *prospere* potius refero, ut sententia sit: qua aestate Caesar tam prospero sibi euentu tum (h. e. ut iam dixi) militauit in Sicilia circa Naulochum.

Et hactenus quidem in plano sunt omnia: quae secuntur uix poterunt nisi inuento nouo codice enucleari. Nam si, quae simplicissima ratio est, *bene* in *bona* refinxeris, *bona* arte cum *in Caesare et in rep.* struxeris, h. e. fortuna benignam se in Caesaris et reip. temporibus praebens, nescio quomodo languet illud *bona* sic seductum ab eis quibus adnectendum erat; siue pro *in* cum Burmanno Christio Froehlichio *pro* substituas, difficilis mutatio nec palaeographiae conueniens est.

Egressus quod et *A* et *P* habent non uideo cur in *ingressus* mutetur. Vult Paterculus Antonium Armeniae fines ac deinde Mediae transisse et post se reliquisse petentem Parthos, quomodo Sallustius dixit Iug. 110 *ego flumen Mulucham quod inter me et Micipsam fluit non egrediar.* Sall. fr. i. 106 Maurenbrecher *gens raro egressa finis suos*, fr. iii. 53 *egressus angustias*: et sic ipse Velleius ii. 40 *fortunam hominis egressus*, sed de re, non de loco scribens.

82 2 praedixitque ne destinatum iter peterent sed diuerso siluestrique loco (*del.*) peruaderent loco (*del.*). *A.*

loco quamuis omissum in *P* fuerit, reddendum puto Velleio; bis enim id non exarasset Amerbachius, nisi certissima eius inuenisset uestigia.

83 1 Plancus . . . morbo proditor . . . transfugit ad Caesarem et idem postea clementiam uictoris pro sua uirtute interpretabatur dictitans id probatum a Caesare cui ille ignouerat mox aut (autem *P*) hunc mox auunculum Titius imitatus est. *A.*

Vitiata uerba *mox aut* (*autem*) *hunc mox auunculum* sic ordi-

naui ut Paterculum scripturum fuisse ratus sum; sed nescio an non altius uulnus insederit, scribendumque sit *At tamen hunc* (uel, *at hunc tamen*) *mox auunculum Titius imitatus est.* Nam uidetur quaedam oppositio esse clausularum, quoniam Plancus ea fecit quae imitatorem possent non inuentura uideri: haec autem oppositio cum non satis per particulam *autem* manifesta fiat, autem ex *tamen* sic corruptum puto, ut apud Ciceronem (Legg. ii. 10. 25) *quod autem* in codice *A quotamen*, in *B quo*^{d}*tam̃* factum est. Nam ad huiusmodi antithesin *at tamen* inseruire credo his locis And. iv. 1. 13 *At tamen 'ubi fides' si roges, nihil pudent hic:* ubi Vmpfenbachii codices in *at tamen* conspirant, nisi quod in uno *ad tamen* prius scriptum est: Caes. B. C. iii. 37. 2 *Sed cum esset inter bina castra campus circiter milium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit: ille a uallo non discedere perseuerauit. at tamen aegre retentis Domitianis militibus est factum ne proelio contenderetur.*

[Maduico obsecutus *ac tamen* in apparatu critico praetuli: nota sunt quae ille de *ac tamen* praecepit de Fin. ii. 27. 85; v. 32. 94. Sed nondum ad finem ea quaestio uidetur perducta, nec cuiquam dubium erit in Andriae certe loco *ad* uel *at tamen*, non *ac tamen*, Terentium scripsisse.]

87 2 fuitque et fortuna et clementia Caesaris dignum quod nemo ex his qui contra eum arma tulerant ab eo iussufue eius interemptus D. Brutum Antonii interemit crudelitas Sextum Pompeium †ab eodem uictum idem Antonius cum dignitatis quoque dedisset fidem etiam pr. (*del.*) spiritu priuauit. *A.*

Incerta uidetur emendatio Acidalii *ab eo deuictum*, quamuis ex palaeographia satis commendetur. Sic enim apud Liuium 45. 13 *eos de se non rogare* factum est *eosdem se non rogare*; 45. 18 *id exercere* factum est *idem exercere* (Maduig Emendat. Liuian. pp. 597, 599). Sed haereo in *eo*, quod interpositis uerbis *D. Brutum Antonii interemit crudelitas* non bene ad Caesarem refertur. Quamquam obici potest Paterculum neglegentius hic id pronomen multiplicasse *contra eum . . . ab eo . . . iussuue eius*; quod si ter in una clausula fecerit, idem pronomen de eodem dictum Caesare fraudi legentibus non futurum fuisse. Sed multo uerius id de repetito *ab eodem*, *idem* dici poterat, cum enim Sextum Pompeium qui interemit Antonius non idem uicisset,

uicisset autem Octauianus (79. 5), non poterat de alio quoquam intellegi illud *de eodem* quam de Octauiano; neque absurde quem totiens intulerat, rursus eius mentionem faciens, *ab eodem* dicturus erat.

89 1 Caesar autem reuersus in Italiam atque urbem occursus quo fauore omnium aetatium ordinum exceptus sit. *AP*.

Hoc, sicut in *AP* scriptum est, retinuit Kritzius, ratus ex *fauore* pendere duplicem genitiuum *occursus* et *omnium*, allegauitque 50. 4 *exercitus . . . ipsius aduentus uigore ac fulgore occupatus*, ubi tamen *aduentu* est in *AP*; 21. 4 *cuius* sc. Cn. Pompei *interitus uoluptas*: genitiuum autem *occursus f.* sic explicauit ut esset fauor qui declaratur occursu, uel qui cernitur in occursu.

Id cum difficilius sit, nescio an praeferenda sit Lipsii ratio, scribentis *quo occursu*, modo ne hoc ordine, sed inuerso *occursu quo*. Nam siue excidit ante *quo* geminatum alterum, siue *quo* ita inducto ut superesset tamen *q*, hoc cum non intellegeretur quid esset, pro *occursuq* exaratum est *occursus*, non absurde explicatur id quod habent *AP*. Nec multum aliter 103. 4 pro eo quod est *manus spemque* Amerbachius dedit *manusq. spem quae*.

89 5 consulatus tantummodo usque ad undecimum quem continuaret Caesar cum saepe obnitens repugnasset $\overset{\text{impetrare}}{\text{imperare}}$ potuit. *A*.

quem *etiam P.* impetrare *P*: impetrari *Gelenius*.

Maduicus haec sic correxit Aduers. ii. 308, Consulatus tantummodo usque ad undecimum *quin* continuaret Caesar, cum saepe obnitens repugnasset, impetrare *non* potuit, addita hac explicatione 'Agitur de Caesare Augusto uetera instituta reuocante, in una tamen re noua et ciuilem modum excedentia subire coacto.' Itaque *tantummodo* rettulit ad unam illam rem qua populo cedens ciuilem modum egressus est; consulatum enim non potuit impetrare a populo quin undecies gereret, quamuis saepe obniteretur.

In his non infitior ualde mihi displicere *non* contra codices ingestum a Maduico, praesertim citra necessitatem, cum satis explicetur *impetrare potuit* ex aduerbio *tantummodo*, in quo latet negatio. Sententia enim est 'in spite of his strenuous

resistance, all that Augustus could succeed in effecting was to be able to hold the consulship for not more than eleven times.'

Itaque *quem* in *qui* muto, sic explicans: Caesar cum saepe obnitens repugnasset, nihil amplius a populo impetrare potuit nisi qui (h. e. qua ratione) continuaret consulatus ad undecimum usque neque ultra.

90 1 sepultis ut praediximus bellis ciuilibus coalescentibusque reip. membris et coram aliero quae tam longa armorum series lacerauerat. *AP*.

Verba illa corrupta *et coram aliero* Bergkius mutauit in *et coaluere*: quam emendationem, quamuis ex parte ueram, propius tamen ad ductus litterarum, magisque ad palaeographiam conuenienter, sic absoluerim, *etiam coaluerunt*. Cum enim

iam

scriptum esset *et* *co aluerunt*, tralato *iam* post illud *co*, factum est *et co iam*, mox *et coram*: *aluerunt* autem, non *aluere*, potius in *aliero* uitiatum arbitror, cum rarius in Murbacensi e, o permutatae uideantur fuisse, *-runt* siue *-ront* constet saepius dilapsis ultimis litteris, fortasse quia minus audiebantur, in -ro fuisse contractum. Ciceronis de Rep. i. 42. 65 Du Rieu testatur POTVERVN̄ correctum fuisse, o suprascripta, in POTVERO.

91 1 signa Romana quae Crasso præsso Orodes quae Antonio pulso filius eius Prahates ceperant. *A*.

presso *P*.

Quod uulgo editur *oppresso*, quasi *op* exciderit propter geminationem (*Crasso praesso*), potuit id quidem fieri, factum tamen non reor: nam, ut epitomatoris historiarum Liui uerbis utar (116) *M. Crassus bellum Parthis illaturus Euphratem fluuium transiit, uictusque proelio, in quo et filius eius decidit, cum reliquias exercitus in collem recepisset, euocatus in colloquium ab hostibus uelut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, comprehensus et ne quid uiuus pateretur repugnans interfectus est*: cf. Plut. Crass. 30, 31. Itaque *praenso* (*prenso*) potius scribendum erat.

91 2 quippe L. Murena et Fannius Caepio diuersis moribus nam Murena sine hoc facinore potuit uideri bonus Caepio et hoc ante erat pessimus. *AP*.

Emendo *et hoc* [et] *ante*: opponuntur *sine hoc facinore*, *hoc*

(*facinore*) h. e. propter hoc facinus, siue admisso hoc facinore.

&

92 2 tum Sentius forte solus et absente Caesare COS cum alia prisca seueritate summaque constantia uetere consulum more af (*del.*) ac seueritate gessisset. *A.*

Nimis offendit auris repetitum illud *seueritate.* Nec tamen Wopkensio adsentior uerba *uetere consulum more ac seueritate* antecedentium *prisca seueritate s. c.* posse glossam uideri neque in emendatione eius *perseuerantia* uel *grauitate* adquiesco. Ex eis quae extant in *A* elicio *atque asperitate*, cuius uocabuli uestigia supersunt in eraso *af.* Quod 89. 4 *senatus sine asperitate nec sine seueritate lectus* dicitur, non idcirco asperitati hic locus non est: utrubique est seueritas ultra modum, nec solitis restricta legibus: quemadmodum idem Velleius *asperam censuram* dixit i. 10. 6.

94 4 praecipuis omnibus (omnium *P*) uirtutum experimentis in eo † tractatu editis cum legionibus ingressus Armeniam redacta ea in potestatem P. R. regnum eius Artauzdi dedit. † cuius rex quoque Parthorum tanti nominis fama territus liberos suos ad Caesarem misit obsides. *A.*

Pro *cuius* Ruhnkenius scribebat *quin*, quod receperunt Kritzius et Halmius. Inutiliter id quidem: *cuius* enim multis similibus adseritur exemplis non Paterculi tantum, sed complurium: cf. Wopkens in Tull. Lect. ii. 13; Halm ad Minuc. Octau. 36. 5. Est enim *atque eius* sc. Tiberi: non recte Heinsius cum *tanti nominis* coniungebat.

Tractatu unus Kritzius seruauit tamquam esset in eius rei tractatione. Sed non dubito recte Gelenium errore id positum habuisse pro *tractu.* Simili errore palimpsestus habet *tractatus ductusque muri* cum deberet *tractus*, Cic. de Rep. ii. 6. 11.

103 3 itaque quod post L. mortem adhuc C. uiuo facere uoluerat quae eo uehementer repugnante Nerone erat inhibitus post utriusque adulescentum obitum facere perseuerauit. *A.*

uoluerat atque uehementer *P.* Burer haec adnotauit: 'ex uestigiis uetusti codicis apparebat pro atque, eoque siue eo quod scriptum: nam uestigia literarum uix poterant uideri prae uetustate.'

Tres hic testes habemus inter se contrarios, nam Amerbachius

quae eo, Rhenanus *atque*, Burer *eoque* uel *eo quod* legere sibi uisus est. Ex his Thomasius praetulit *eoque*, quod cum Kritzius perperam interpretatus esset 'et propterea,' hic rectius sic explicauit *quod . . . facere uoluerat eoque . . . erat inhibitus*, h. e. et quo [faciendo] erat inhibitus, relatiuum noto more Ciceroniano continuante demonstratiuo (p. 15).

Ego, qui Burero ita obsequendum puto ut tamen Rhenano aliquid, Amerbachio aliquantum tribuam, mutatam quidem relatiui structuram in demonstratiui facile largior Thomasio; sed perpensis inter se testimoniis melius explicari credo rem si reponatur *atque eo*, cum *atque* sit in *P*, ante *quae eo* quod est in *A*, *-at* uel erasum uel propter geminationem omissum (*uoluerat* [at] *quae eo*) uideatur, *eo* denique, in quod et Amerbachius et Burer conspirant, uix cadat in dubitationem, utpote sine quo *inhibitus* ablatiuum suum quem ad exemplum uerbi *prohibere* sumpsit, desideret [1].

107 1 cum citeriorem ripam praedicti fluminis castris occupassemus et ulteriora (ulterior *P*) armata hostium uirtute fulgeret sub omnem motumque nostrarum nauium protinus refugientium. *A*.

iuuentute *P*. motum *P*, sed Burer 'Exemplum uetustum habet, sub omnem metumq. (*sic*) nostrarum nauium. inter omnem motumq. quiddam deesse uidetur.'

Comparatis Amerbachii et Bureri lectionibus *motumq.*, non *metumq.* nec *motum*, colligo in Murbacensi fuisse. Excidit igitur aut uocabulum aut pars uocabuli. Aliorum coniecturas in app. crit. attuli: mihi uidentur post *omnem* periisse tres syllabae uocabuli quod est *undecumque*. Verba sic struenda sunt *et ulterior* (*ripa*) *fulgeret a. uirtute* (hoc enim praefero quod *A*, non *iuuentute* quod *P* dedit) *hostium refugientium protinus sub omnem nostrarum nauium undecumque motum*. Seneca de Vit. Beat. 27 *rupis, quam fluctus non desinunt, undecumque moti sunt, uerberare*.

108 1 quae (gens Marcomannorum) Maraboduo duce excita

[1] In Catulli uersu xci. 4 *aut posse aut turpi mentem inhibere probro* nescio an corrigendum sit *Posse autem turpi*, potius quam *Aut posse a turpi*.

sedibus suis atque in inferiora refugiens in cinctos Herciniae siluae campos incolebat. *A*.

Maroboduo *P*. inferiora *etiam P*: interiora *Gelenius*. Hercynia silua *Heinsius*, *Kritz*, *Milkau*. cinctos *Novák*, in *ratus hic ut saepe alias in Murbacensi uitiose additum*.

Novák cur datiuum post *cinctus* non retinuerit, nescio: sic Prop. iii. 6. 30 *Cinctaque funesto lanea uitta uiro* ubi *cingere uittam uiro* eodem modo dictum est quo induere uel circumdare amictum alicui. Et tamen *incinctos* potius a Paterculo profectum credo, quod neque tam difficile ac poeticum sit, et aperte ad structuram uerbi *circumdari* accommodari potuerit. Huiusmodi inuersiones amat praecipue Propertius: sic ii. 4. 5 *Nequiquam perfusa meis unguenta capillis*, cum usitatus esset profusos unguentis capillos dicere.

109 1 Corpus suum custodia tum imperium perpetuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam redactum breui in eminens et nostro quoque imperio timendum perduxit fastigium. *A*.

In loco difficillimo unum optime inuentum uideo in quod Wopkens et Kritz conspirant, *corpus imperi* restituendum esse. Sen. de Clem. ii. 2 *Tradetur ista animi tui mansuetudo diffundeturque paulatim per omne imperii corpus*. Tac. Hist. i. 16 *Si inmensum imperii corpus stare posset*. Flor. iv. 3. 5 *Augustus perculsum undique et perturbatum ordinauit imperii corpus*. Sed non cum Kritzio *suum custodia tum* in *sui custoditum* refingo, sed, quo potius et sententia ducit et palaeographia in *sui incustoditum*. Opponuntur tempora alterum quo Maroboduus imperi sui corpus incustoditum atque ideo inualidum reliquit, alterum quo Romanorum exercituum imitatus disciplinam Romano id imperio paene adaequauit. Id effecit milites suos non dimittendo, semper exercendo, ut paratos ad quaecumque uellet, haberet.

[Quod habent *AP custodia tum*, potuit id quidem ex sola solutione uerbi *custoditum* fieri, cuiusmodi plurima in codicibus repeCONTINUE riuntur. Sed haud scio an non potius in illis lateat *incustoditum ante*; certe hoc adiecto clarius res ostenditur.]

109 4 nec securam ingrementi (increm. *P*) sui paciebatur esse Italiam quippe cum a summis Alpium iugis quae finem Italiae

terminant initium † cuius finium haud multo plus cc milibus passum abesset. *A*.

eius *P*.

Inepta uerborum aceruatio *quippe cum . . . cuius* sic uitari poterit, *quippe cum . . . initium* huius *finium . . . abesset*; nam *cuius*, *huius* non raro permutantur in codicibus, ut in Somnio Scipionis (de Rep. vi. 22. 24) ubi *cuius* est in *E* (Monacensi) et apud Macrob., *huius* in reliquis quattuor Halmii.

110 1 Rumpit iter dum (interdum *P*) moratur proposita hominum fortuna. *A*.

Etsi satis praesidi habet *rumpit*, *interdum moratur* in eis quae Kritzius attulit ex Suet. Aug. 77, Tac. Hist. iii. 83, neque opus est aut Heinsiano *rumpit interdum, interdum moratur*[1], aut Novákiano *r. i.* [*aliquando*] *moratur*; nescio quomodo placet emendatio nostratis Warburtoni *maturata*, 'innuerat enim Historicus (sic Warburtonus) uerbis *praeparauerat iam hiberna Caesar ad Danubium* &c. consilia Caesaris in Germanos iam maturari.'

110 3 tum necessaria gloriosis praeposita neque tutum uisum abdito in interiora exercitu uacuam tam uicino hosti Italiam. *A*.

uacuam tam *etiam P*. relinquere Italiam *P*.

Duo sunt quae hic suspicionem moueant, *uacuam tam*, pro quo *uacuatam* scripserim, sicut *uacuata* factum est *uacat acta* in *Aetnae* codice Cantabrigiensi (107), *deceptus* solutum est in *deus aptus* Metamm. xiv. 765 in Marciano: deinde ordo uerborum quo in fine sententiae positum est in *P relinquere Italiam*. Et hic quidem Amerbachii apographon indicat subesse aliquid mendi, abest enim ab eo *relinquere*. Repono igitur *Italiam relinquere*.

110 4 proxima duobus Batonibus ac Pinneti ducibus auctoritas erat. *AP*.

Proxima cum uix possit ad Marobodui superiorem auctoritatem referri, qui nusquam hic memoretur, aut *plurima* aut *maxima* substituendum erit. Nec sane nescio *proximus*, *maximus* non raro

[1] Emendationi Heinsianae simillimum est illud in Octauio Minuci 5 *repudiaris alterum* [alterum] *comprobaris* uti edidit Halmius cum codex semel tantum *alterum* praestet.

inter se permutari a librariis, cuius rei exempla sunt Vell. 127. 1 *ut diuus Augustus M. Agrippa et proxime ab eo Statilio Tauro*, ubi *AP* habent *maxime*: uide Drakenborchium ad Liu. xxii. 22, 7, Burmannum ad Vell. ii. 36, Luc. x. 408: extatque eiusdem rei uestigium in *A* 114. 5, ubi Amerbachius *uir nominis ac fortune eorum* ~~*max*~~ *proximus* scripsit, h. e. quod prius legerat *maximus*, pro eo post legit *proximus*. Sed non tam artis palaeographia legibus continetur, ut non etiam aliud potuerit in *proxima* mutari: nec longe abest ab eo *plurima*.

III 4 quanto cum temperamento simul utilitatis res auctoritate imperatoria agi uidimus. *AP*.

Si emendatione egeret uerbum *utilitatis*, non *simplicitatis* quod Eldikio, nec *lenitatis* quod Halmio, neque uero *ciuilitatis* quod post Ruhnkenium placuit Maduico, sed *humilitatis* potius palaeographia duce praeferrem. Sic enim in Sen. de Ira iii. 12. 2 *ut ferre ac pati aut humanum sit aut humile*, ex ipsius Maduici coniectura Gertzius edidit *utile*, postulante sic sententia. Sed non circa hoc uerbum laborat scriptura quam *AP* exhibent; in *simul* potius haereo. Id Wopkensius sic interpretatus est ut diceret V. auctoritatem imperatoris cum temperamento simul utilitatis fuisse coniunctam, non multo secus ac Tacitus Ann. xi. 4. 4, quem locum postea Kritzius attulit, Scipionem dixit sententiam de Poppaea rogatum respondisse *eleganti temperamento inter coniugalem amorem et senatoriam necessitatem*. Erunt quibus hoc placeat: ego in scripto tam corrupte tradito, ubi totiens litterae exciderint, totiens perierint clausulae, *simul* reliquias esse credo plenioris uocabuli *simulatae*: Tiberium enim, auctoritatem quam imperator haberet aliquando confirmasse praetendendo nociturum exercitui nisi quod agi postularet, maturassent facere. Id quia nonnumquam instantius faciebat quam pro occasione *simulare utilitatem* merito dici potuit.

Nam, quod Novák optime praecepit in libello suo, semper in Paterculo habenda est ratio quae locutiones huic in deliciis fuerint, quid cui uel per antithesin opposuerit, uel propter similitudinem sociarit: inter quae uidetur esse uerbum hoc *utilitatis*, quod modo auctoritati, modo rei speciosae opponitur. 112. 3 *ad arbitrium utilitatemque nostram macerata*: 127. 2 *interest reip. quod usu necessarium dignitate eminere, utilitatemque auctoritate*

muniri. Atque ipse Tiberius describitur 113. 2 *utilia speciosis praeferens.*

112 3 pars exercitus eorum proposita ipsi duci et ad arbitrium ducis (*del.*) utilitatemque nostram . . . macerata perductaque ad exitiabilem famem neque instantem sustinere neque ut facienti-

ac iam

bus copiam pugnandi derigentibus quae aciem ausa congredi. *A.*

dirigentibusque etiam *P*, et in marg. 'alias aciem.'

Neque cum facientibus Ruhnken, quod recepit Kritzius tamquam ex compendio *cū* ortum fuerit *ut.* Id ut ualde dubito num ita factum sit, sic multa sunt huiusmodi in editione Kritziana quae palaeographiae nomen prae se ferant, reuera palaeographia auctore destituantur: uelut ne hoc quidem mihi persuasit, *utilitatem* illud quod in hoc ipso loco *AP* exhibent (*ad arbitrium utilitatemque nostram*) per compendium quoddam scripturae pro eo quod uerum erat *uoluntatem*, exaratum esse. Nam nec placet tautologia, nec sine significatione est *utilitatem*, siue Romani ad arbitrium suum nec citra id quod sibi expedire credebant Pannoniorum exercitum macerabant et ad famem perducebant, siue scripto quod Amerbachius prius exararat *ad arbitrium ducis* hoc sibi oppositum habet ceu diuersum aliquid *utilitatem* reliqui exercitus. 106. 1 *saepta fulgenti armatoque militum nostrorum agmine ante imperatoris procubuit tribunal.*

Ad illa ut redeam *neque ut facientibus*, sic interpretor ut sit 'as might have been expected when they offered them battle' ὡς ἐς μάχην προκαλουμένοις; de quo usu particulae cf. Draegeri Synt. Lat. ii. p. 609. Ex sequentibus haec nunc elicio: *derigentibusque iam aciem*, aliter atque in adnotatione critica p. 122 coniectaram.

112 4 quippe magnam Thracum manu iunctis (*del.*) iunctus predictus ducibus Rhomo et Alces Thracie rex in adiutorium eius belli secum trahebat. *A.*

magna *PB.* uinctus *P*, *non B.* praedictis *PB.* Rhomo et Alces *PB*, *sed Rhenanus p.* 70 *editionis principis adnotauit* 'lege Rhoemetalces.'

Quod Rhenanus in marg. correxit *magnam*, id miror Amerbachium tamquam ex Murbacensi in apographon suum intulisse, praesertim sequente *manu*, non *manum*: solet enim hic codicem

summa cum fide repraesentare. Sed siue *magna* in Murbacensi fuit siue *magnam*, uix credo recte edi *in adiutorium*, ecclesiasticis magis dignum quam Paterculo: certe omisso *in* melius latinitati consulitur.

In sequentibus *sed Romani uirtus militis plus eo tempore uindicatum gloriae quam ducibus reliquit* paene adducor ut credam *Romani* hic esse i. q. *Romanorum*: cf. Liu. ii. 27. 1; viii. 3. 1. Quod si ita est, *militis* in *militibus*, ut coni. Lipsius, erit refingendum.

112 6 interempto prefecto castrorumq̃. (*sic*) praefectisque cohortium non incruentis centurionibus quibus etiam primi ordines cecidere. *A*.

qui *P*: quibus *etiam B*.

Kritzius, recepta Boecleri emendatione *e quibus*, septemque locis allegatis ex Caesaris B. G., Liuio, Frontini Strateg., Hygini de Limit., *primos ordines* credidit esse ordinum ductores siue ipsos centuriones primos. Sed quamquam *primi ordines* non raro sic dicuntur ipsi centuriones ubi ab aliis siue singulis hominibus siue generibus militum discernuntur, uelut *a Cotta primisque ordinibus* B. G. v. 30, *tribunis militum primisque ordinibus* vi. 7, *cum tribunis primisque ordinibus* Liu. xliv. 33, inepte dicturus erat Paterculus *centurionibus e quibus primi ordines cecidere*, si *ordines* i. q. ipsos centuriones significaret: hoc enim quid est aliud quam *centurionibus* e quibus primi *centuriones* cecidere? Sin Gelenii recepta emendatione scripseris *centurionibus qui etiam primi ordinis cecidere*, nec tautologiam admittes, et habebis sententiam ut multo magis perspicuam, ita breuitate quae fit inlatis uerbis *primi ordinis* post relatiuum, concinnam dignamque Paterculo.

114 1 distraximus ille tantorum onerum mole. *AP*.

distraximus Rhenanus correxit in *distractissimus*, quod plerique receperunt: Heinsio et Bentleio placuit *districtissimus*. Incerta lis, nec quae possit ex uno codice, eoque totiens uitiato, dirimi. Nam si loci perpendantur similes, ut Cic. de Imp. Pomp. 4. 9 *ancipiti contentione districti*, de Orat. iii. 2. 7 *ambitionis labore uita districta*, in priore codices *districti* (uel *destricti*) potius habent, Fuldensis, si Baitero fides, *distracti*, in altero *districta* dicitur esse in melioribus: sed utrubique et *districtus* et *distractus* legitur. Fam. ii. 15. 3 *districtus mihi*

uideris esse, *quod et bonus ciuis et bonus amicus es*, nihil adnotauit Orellius, sed Cicero *distractus* uix erat dicturus. Val. Max. viii. 7. 15 extern. *maximarum cura districtus*, Halmius notat in V(indobonensi) esse *destrictus*. Flor. iii. 5. 5 *lassos simul atque districtos*, cf. 4 *cum ciuilibus bellis distringeremur*.

Grammaticam si spectes, saepius adiectiuum fit *districtus*: Neue (ii. 227) semel ex Cic. Q. Fr. ii. 15 (16). 1 *districtior*, semel *districtissimus* ex Impp. Valent. Theodos. et Arcad. Cod. i. 55. 6, praeterea *districtius* aduerbium bis (Tertull. Hieronym.) citauit: contra *distractior* apud Lucretium tantum, idque semel (iv. 958), *distractissimus* nonnisi ex ipso Velleiano loco quem tangimus.

Itaque, nisi melior codex prodierit, *distractissimus* an *districtissimus* Paterculus maluerit in incerto erit: habent tamen quo differant; *districtissimus* enim adeo nihil principale in significatu retinet ut fere idem sit quod occupatissimus; *distractissimus* metaphoram non exuit, et multo maiore cum ui de eo usurpatur qui negotiis omnis generis distinetur et quasi distrahitur.

114 3 non sequentibus disciplinam quatenus exemplo non nocebatur ignouit admonitio frequens inerat et castigatio uindicta amarissima. *A*.

His Kritzius sic suppetias iuit ut admisso quod anonymus quidam coniecerat anno 1779 *interdum* pro *inerat*, et quod Rhenanus, *rarissima* pro *amarissima*, Paterculum hoc putet uoluisse, Tiberium ad tuendam disciplinam saepissime *uerbis*, rarissime *poena* usum esse. Neque infitior *interdum* optime conuenire eis quae Velleius sic significare credatur; sed longius absunt litterae. Quid quod oppositae clausulae tria adiectiua uidentur postulare? quod si recte colligo, *inerat* ex *incerta* corrumpi potuit. *Et* sic intelleges: non solum suppliciis milites afficiebat inuitus, sed ne uerbis quidem seuerius increpabat. 'He warned his soldiers often, punished very seldom indeed, even reproved only now and then.'

114 3 agebatque medium plurima dissimulantis aliquã inhibentis *A*.

aliqua *P*.

aliquam quod est in *A* ortum credo ex dittographia quadam qua *in* confusum cum *m* fuerat. Locutio similis apud Florum

iv. 2. 50 de Pharsalica pugna: *multus in eo proelio Caesar fuit mediusque inter imperatorem et militem.*

114 4 fero uocem illam tot milium iuuentutem paulo ante seruitutem minatam Italiae conferentem arma qui usa erat apud flumen nomine, Bathinum . . . iustis uoluminibus ordine narrabimus. *A.*

ferocem illam *P.* quibus usa *P.*

Quod Amerbachius *fero uocem*, Rhenanus *ferocem* interpretatus est, credo in Murbacensi eiusmodi fuisse ut deprauatis litteris, conturbata scriptura, aliis aliud uideretur. Ex eo ego suspicor *ferociorem* potius quam *ferocem* enucleandum esse: certe ut *ci* in *u*, sic *r* in *c* facillime erat transiturum.

Accidit hic etiam quod supra 112. 4 notauimus, ut modo *quibus* modo *qui* legeretur id quod erat in Murbacensi. Fortasse *quib.* fuerat, ultima littera euanida et prope erasa.

115 2 uictoria praedaque onustus peruenit ad Caesarem et ob ea quae si propriis gessisset auspitiis triumphare debuerat ornamentis triumphalibus consentiente cum iuditio principum uoluntate senatus est. *A.*

senatus est etiam *P*, sed in marg. Rhenanus adnotauit 'donatus deest aut simile.' Num fuit *adornatus*? Hor. Epp. ii. 2. 32 *Clarus ob id factum donis ornatur honestis*, de milite qui praesidium regale loco deiecerat. Et ipse Velleius 121 fin. *praecipuis donis adornatos uiros.*

116 1 magna in bello Delmatico experimenta uirtutis ne (*del.*) in multos ac difficilis locos praemissus Germanicus dedit celebri etiam opera diligenti quib. ius Postumus uir consularis quae positus Delmatiae ornamenta meruit triumphalia. *A.*

celebri etiam opera diligenti. quibus Iulius Posthumius, uir consularis, praepositus Dalmatiae, o. m. t. *P.* 'ex uet. habet Iul. Postumus' *Burer.*

Vtilem hic operam nauauit Burer, qui non solum Amerbachii diligentiam in orthographia ostenderit, nam hic *Delmatiae* et ante *Delmatico* recte et ex Murbacensi scripsit, contra Rhenanus *Dalmatiae*, *Dalmatico*; sed cum Rhenanus edidisset *Iulius Posthumius*, non hoc fuisse in Murbacensi, sed *Iul. Postumus* idem Burer ipsum codicem scrutatus tradiderit. Itaque fuerat in Murbacensi *diligenti quib. ius* (uel *Iul.*) *postumus.*

Ex his postquam a Pighio Ann. iii. 538 (ed. Schott), uerum nomen *Vibius Postumus* erutum est (uide Dion. C. 56. 15; Flor. iv. 12. 11) totum locum Vossius sic emendauit: *celebri etiam opera diligentique Vibius Postumus uir consularis praepositus Delmatiae ornamenta meruit triumphalia*: idque in editiones receptum est.

Haec a Velleio sic prouenisse quis spondeat? Nam ablatiuos qualis hic est *celebri etiam opera* amat absolute, quod dicitur, ponere, praesertim sequente unde pendeant genetiuo. Velut hoc in loco credo Velleium sic potius scripsisse: *celebri etiam opera diligentiaque Vibi Postumi. Is uir consularis praepositus Delmatiae ornamenta meruit triumphalia.*

Falso Orellius tradidit tamquam ex Amerbachiano apographo *quin positus.* Quod Amerbachius scripsit *quae positus* ex permutatis q p ortum uidetur: scribendum est *praepositus* ut est in *P.*

116 3 uir antiquissimi moris et priscam seueritatem super humanitate temperans in Germania Illyricoque et mox in Africa splendidissimis functus ministeriis non merito sed materia a$\overset{\text{di}}{\wedge}$piscendi (*sic*) triumphalia defectus est. *A.*

semper humanitate *P.* adipiscendi *P.*

Multo praestantius est quod Amerb. dedit *super* h. e. adiecta. Stat. S. iii. 3. 68 *annis multa super indole uictis*, cum adulescentiam Claudi insita uirtus, qua insuper utebatur, ingeni uinceret praeponderaretque. Lucr. iii. 672 *Cur super ante actam aetatem meminisse nequimus?* i. 648 *si partes ignis eandem Naturam quam totus habet super ignis haberent.* Vide Lachm. ad Lucr. vi. 514.

Mox *apisci* potius quam *adipisci* redderem Velleio, nisi *adipisci* uiderem etiam ab Amerbachio scriptum ii. 7. 1. Neque ideo tamen certa res est: nam et Catullus *adepta* bis, lxii. 57, lxvi. 27, *apisci* semel lxiv. 145 usurpauit. Sed mirum est quod in eo uersu Catulli contra metrum et codex Oxoniensis habet *adipisci*, et in Germanensi ante *apisci* maius solito spatium est, ut erasis duabus litteris prius uideatur fuisse *adipisci.* Vaticanus 1829 quem cum *GO* comparandum duco habet *apisci.*

116 4 Nerua Silianus P. Silii filius quem uirum ne qui intellexit quidem abunde miratus est me (? ine) nihil non optimos (*sic*) ciuis simplicissimo duci perisset praeferens *A*.

ne nihil optimo ciui, simplicissimo duci perisset, praeferens *P*, *sed Burer adnotauit* ‘ex. uet. habet, ne nihil non optimo ciui, simplicissimo duci perisset.’

In Murbacensi fuisse *ne* uel *ine* ante *nihil*, post *nihil* fuisse *non*, ex testimoniis coniunctis Bureri et Amerbachii contra Rhenanum euincitur. Hos igitur secutus, reiectis quae Rhenanus edidit, locum sic refingo, *in e(o) nihil non optimo ciui, simplicissimo duci (su)peresse praeferens.* Illa *ne qui intellexit quidem abunde miratus est* de scriptore quodam non nominato interpretor, qui Siliani mores et admiratus erat et scripto aliquo sic collaudarat, ut profiteretur in eo nihil non superesse siue optimo ciui, siue duci simplicissimo. *superesse* sic usurpatum est 125. 5 *in summa pace et quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi et auctoritas quae sentiebat obtinendi superesset.* Vtroque loco est i. q. abunde suppetere et ultra quam res poscebat. *Praeferens* puto esse i. q. praedicans uel adfirmans, ut apud Frontonem p. 72 Naber *praefers Faustinam id tibi esse quod lucem serenam, quod diem festum, quod spem propinquam, quod uotum impetratum.* ‘Silianus, a man whom even his most intelligent admirer did not praise adequately, when he asserted that he possessed in more than sufficient degree every quality, whether as an excellent citizen or a single-hearted general.’

Quod si quis neget *in eo* uix sub *ine* uel *me* latere posse, idque aliter explicarit, hoc quidem non morose concesserim; reliquam partem emendationis non abicio.

118 2 frequentissimum initium esse calamitatis securitatis. *A*. securitatem *P*.

Vtinam hic suum testimonium Burer adiecisset: nam in Amerbachiano apographo omnia incerta sunt. Sed quae ego et F. Madan in eo indagasse uisi sumus, tamen eloquar. Scripserat Am. *securitatis*, mox *-is* inducto, *securitateis*: deinde haec deleuit, suprascripsit *securitatis* ×. Nusquam equidem neque in ullo uestigio poteram uidere *securitatem.* Haesitarat Am. tamquam in perplexa re et inenodabili: nihilo minus quod primum uiderat

securitatis, eodem postremo reuolutus est. Insolentius hoc: potest tamen rectum uideri si duplicem genetiuum consilio Paterculus sic iunxit ut adsonantibus inter se *calamitatis securitatis* magis cum emphasi caderet in auris sententia. Similis est locus i. 3. 2 *omnia sub eorum* (*persona*) *qui illo tempore uixerunt, dixerunt*. Cic. de l. agr. ii. 68 *continuo qui agros publicos aut qui possessiones inuidiosas tenebant, extimescebant*. Hoc igitur dicit: *calamitatis freq. initium esse* in securitate, uel, a securitatis initio (h. e. a securitate tamquam initio) plerumque fieri initium calamitatis.

118 4 id Varo per uirum eius gentis fidelem clarique nominis Segesten indicatur postulabat etiam fata consiliis omnemque animi eius aciem praestruxerat quippe ita se res habet ut plerumque qui fortunam imitaturus deus consilia corrumpat efficiatque quod miserrimum est ut quod accidit et etiam merito accidisse uideatur et casus in culpam transeat. *A*.

mutaturus *P*. et *ante* etiam *om. P*, *Burer adnotauit* 'ex. uet. habet et etiam merito accidisse, &c. ego legendum puto id etiam.' in culpa *Burer*.

Post *postulabat etiam* exciderunt nonnulla, quae ex Tac. Ann. i. 58 *Arminium apud Varum, qui tum exercitui praesidebat, reum feci. dilatus segnitia ducis, quia parum praesidii in legibus erat, ut me et Arminium et conscios uinciret flagitaui*, sic possunt suppleri [*uinciri conscios. sed praeualebant iam*], ex quibus ultima tria iam Gelenius ediderat in ed. anni 1546, *praestruxerat* idem Gelenius correxit in *praestrinxerant*.

In sequentibus Thomasio adsentior, *et etiam* in Murbacensi fuisse cum etiam Burer testetur, *et* non esse neglegendum, quamuis in dubio sit ex quo corruptum fuerit. Kritzius pro eo edidit *ei*: nimis opinor frigide. Multo probabilius Burer *id* coni., nec raro *et id* confuderunt librarii codicum. Sed aliter expediendam rem credo: scripsisse enim Paterculum *efficiatque*, (*quod miserrimum est*,) *quod accidit ut etiam merito accidisse uideatur*. Nam inlato post relatiuum demum, ut fit, *ut*, quia insolentius id uisum est, transposita particula ante relatiuum, tamen, ubi stare debuerat, superfuit eius uestigium, factumque est ex *quod accidit ut etiam* hoc quod scimus in Murb. fuisse *ut quod accidit et etiam*.

In illis *qui fortunam imitaturus deus*, solito errore *imitaturus*

est in *A* pro uero *mutaturus*, siue sic correxit Rhenanus, siue ita fuit in Murbacensi. *qui* Vossius in *cui* correxit, quod non ut Kritzius indefinitum habeo (*alicui*) sed relatiuum; illud dubitationem mouet, *cui* an *quoi* an *qui* ex Paterculo uenerit. Nam *qui* datiuum habent codices Catulli ii. 3, xxiv. 5, lxvii. 47, Lucreti iv. 51, Varronis R. R. iii. 12. 1 *primum locum, qui est facultas, eligere oportet*, quod simillimum est huic *qui* Velleiano. Etiam in Cic. Rep. iii. 11. 19 CVIQVE quod prius exararat scriba palimpsesti post correctum est in QVIQVE, teste Du Rieu apud Halmium.

Contra Thomasium Halmio adstipulor *est* post *mutaturus* excidisse: uix dicturus erat *cui fortunam mutaturus deus* non adiecto *est* uel *sit*.

119 2 exercitus omnium fortissimus . . . Marco reducis (marcore ducis *P*) perfidia hostis iniquitate fortunae circumuentus cum ne pugnandi quidem egredie (*corr. in* egregie) aut occasionis in quantum uoluerant data esset īmunis castigatis etiam quibusdam graui poena qui a (quia *P*) Romanis et armis et animi suis fuissent . . . trucidatus est. *A*.

egrediē *Burer*: egregie *P*. quia Romanis et armis et animis usi fuissent *P*; 'suspicor legendum qui a Romanis et armis et animis uisi fuissent. ut hic uerbum aliquod deesse uideatur.' *Burer*.

Ex Bureri testimonio et Amerbachii prima manu colligo *egredie* uel *egrediē* (non *egregie*) potius uisum esse quod Murbacensis habuit. Hoc quid potuit esse nisi *egredien*[*di*]? Et confirmant loci quos ex Tacito Caesare Liuio non paucos attulit Kritzius. Adiecerunt *ue* Vossius et Maduicus: quo recepto delendum erit *aut*: Haasius malebat *aut egrediendi*. Sequentia sic emendanda censeo: *occasio nis*[*i*] *in*[*i*]*qua* [*nec in qua*]*ntum uoluerant data esset inmunis*, 'no opportunity having been allowed them even of fighting or of leaving the camp except under unfavourable conditions and without immunity guaranteed them to the extent they wished.' *Inmunis* dicitur *occasio* quae libera esset metu supplicii; uelut si poscente tempore subito excedendum esset castris ad eruptionem, non audebant egredi quia id inpune facere non licebat et inminebat poena tamquam delicti.

Verba *qui a Romanis et armis et animi suis* (*animis usi* Rhen., *animis uisi* Burer) audacius fortasse sic corrigas *quia Romani*

et armis et animis sui fuissent, h. e. armis Romani, animis sui compotes, nec metu deterriti quominus Germanos arcerent nec temere impetu abusi ad obeunda ultro discrimina.

120 4 nec temerario consilio nec segni prudentia niti speculatique oportunitatem ferro sibi ad suos ~~pepererunt~~ (*sic*) peperere reditum. *A*.

prouidentia *PB*. uiti *Burer*. usi *P*.

usi interpolatum a Rhenano uix in istis *niti*, *uiti* latere potuit ; melius ed. Bipont. *nisi* : sed ne sic quidem seruata littera quae utrique scripturae communis est *t*. Thomasius coni. *uicti*, cf. 31. 4, 124. 2 : allegatque 97. 1 ubi *A uictorum* habet pro *uitiorum*. His praestabilius duco Heinsianum *iuti*, quo exemplo Tacitus scripsit Ann. xiv. 4 *placuit sollertia tempore etiam iuta* ; iam ante Heinsium Burer ex coni. *adiuti* posuerat.

peperere Cornelissen in *aperuere* corrigebat: nec multum placet auribus *e* quinquies, *pe* bis, *re* ter (*-rere re-ditum*) iteratum.

120 6 ita illas (catenas) inlisit capiti suo ut protinus pariter sanguinis cerebrique in fluuio expiraret (*corr. ex* -ret) *A*.

influuio *P*: effluuio *Lipsius*: profluuio *Gelen. an* confluuio ?

Miror tot editores cumque his Georgesium p. 9 et Milkauium p. 55 Lipsianam emendationem *effluuio* recepisse, neglexisse Gelenianam *profluuio*: illud nec palaeographia nec scriptorum bonorum usus commendat, quamquam Plinius H. N. vii. 171 dixit *praefandi umoris ex corpore effluuium*: at *profluuium*, non Plinius et Columella tantum, saepius, sed optimus auctor latinitatis Lucretius scripsit vi. 1205 *Profluuium porro qui taetri sanguinis acre Exierat*. Sed tamen palaeographiam si sequimur, ad *confluuium* potius ea nos ducit : constat enim *cum*, *in* frequenter a librariis inter se permisceri, cuius exemplum uidetur extare in Catull. lxiv. 116 *Sed quid ego in primo digressus carmine plura Commemorem ?* quamuis uulgo ibi edant *a primo*, cum in codicibus non interpolatis traditum sit *cum*, quod cum *a* permutatum rarius uideas. *Confluuium* si recte conieci, erit fluxus sanguinis cum cerebro commixti, 'a combined discharge of blood and brain': plerumque de confluentibus in unum locum siue aquis siue uentis dicitur, ut apud scriptorem Aetnae 120 *arta necesse est Confluuia errantis arcessant undique uenas*, 327 *confluuio ueluti siponibus actus Exilit* (*spiritus*).

121 1 qui concussis (*suprascr.* concussis) hostium uiribus classicis peditumque expeditionibus cum res Galliarum maximae molis accensaque plebe Viennensium dissensiones coertione magis quam poena mollisset senatus populusque R. postulante patre eius ut equum eius in omnibus prouintiis exercitibusque esset quam erat ipse decreto cōplexus esset etenim absurdum erat non esse sub illo quae ab illo uindicabantur et qui ad opem ferendam primus erat ad uindicandum honorem non iudicari parem in urbem reuersus . . . egit triumphum. *A.*

accensaque *etiam Burer*: accensasque *P.* plebis *P et Burer.* coertione *etiam P*: *at supra* classicis *cum A etiam P*: *num ex* coertione *quae syllaba excidit* ci *per uitium tralata est*, *ut scribi potius debeat* classis? eius *BP*: ei ius *coni. Rhenanus.* ipse *BP*: ipsi *Rhenanus.*

Rhenanus cum addito *et* ante *senatus* hanc clausulam ex *cum* pendere fecisset, uerba *etenim . . . parem* per parenthesin adiecta putasset, apodosin statuisset in illis demum fieri *in urbem reuersus . . . egit*, id plerique inque eis Kritzius Halmiusque receperunt, quamquam non desunt qui ut Vascosanus et Laurens huic interpretationi non subscripserint. Mihi corruptela inesse uidetur istis *cōplexus esset etenim*: scripsit Paterculus *cōplexus est. etenim*; hoc per dittographiam quamdam syllabae *et* id factum est quod et Burer et Amerbachius et Rhenanus testantur in Murbacensi fuisse. Itaque apodosin statuo in uerbis *senatus populusque R. . . . decreto complexus est.*

Ad illa ut reuertar *accensaque plebe Viennensium dissensiones*, quamquam, propositum seruans, Amerbachius quod dedit in textu edidi, erunt quibus magis placeat quod dedit Rhenanus *accensasque plebis V. d.*; nam *certamen accensum* Liuius i. 57, *proelium accensum* vi. 3, *proelium accendere* Sallustius Hist. fr. ii. 59 Maurenbrecher, dixerunt: quibus addo Sall. Hist. fr. i. 77. 14 M. *ex qua* (*tribunicia potestate*) *omnes discordiae accensae*, qui locus mirum quantum ad hunc Vellei accedit.

Erit igitur huiusmodi:

qui concussis h. u. class*is* peditumque expeditionibus cum r. G. m. m. accensa*s*que plebis V. d. coer*ci*tione m. q. p. mollisset, senatus populusque R. postulante patre eius ut *a*equum ei *i*us i. o. p. e. e. q. e. ips*i*, decreto complexus es*t*. Etenim a. e. n. e.

s. i. q. a. i. u. e. q. a. o. f. p. e. a. u. h. n. i. p. In urbem reuersus κ.τ.λ.

122 2 et post cladem sub ~~p~~ Varo acceptam totius prosperrimo rerum euentu eadem excisa Germania triumphum summi ducis adornari debuerit. *A*.

sub *P*. ocyus *P*, *sed Burer adnotauit* 'ex. uet. habet totius.' triumphū *P*: triumphus *Heinsius*. adornare *P*, *sed Burer adnotauit* 'ex. ue. habet adornari debuerit &c.'

totius Perizonius apud Heins. in *toties* correxit, quod, ut optime excogitatum est, ita per sequentem superlatiuum *prosperrimo* non multum infirmatur. Burmannus *uoto ocius*, Halmius *exspectato ocius*, praetulit; nimis hoc prolixe et sententiam plus aequo grauans. Fortasse ut alii *dicto citius*, sic Velleius *uoto citius* hic scripserat. nam *ocius* non occurrit apud Velleium, *citius* bis, 66 fin., 85. 5.

123 1 Caesar Augustus cum . . . Tiberium filium missurus esset in Illyricum ab formanda pace quae bello subegerat. *A*.

ad *P*. formanda *BP*: firmanda *Burer ex coniectura*.

Fortasse *adfirmando* h. e. ut adfirmaret pace. Liu. xxvi. 24. 7 *haec dicta promissaque a Romano imperatore Scopas qui tum praetor gentis erat et Dorimachus princeps Aetolorum adfirmauerant auctoritate sua*.

124 1 in quam arto salutis si (*del.*) exitiique fuerimus confinio. *A*.

Erasae litterae post *salutis*, quae *si* an *fi* fuerint haesito, si ex Murbacensi eas sic repraesentauit Amerbachius, reliquiae possunt esse uocabuli *simul*. Cf. quae dixi ad 111. 4 *simul utilitatis*. Sall. fr. Hist. i. 98 *nimio simul et incerto onere*.

125 4 quo quidem tempore ut pleraque ignaue Germanicus ita Brutus qui a patre in id ipsum plurimo quidem igne emicans incendium militaris tumultus missus erat prisca antiquaque seueritate usus ancipitia sibi timere quam exemplo pernitiosa et his ipsis militum gladiis quibus obsessus erat obsidentis coercuit. *A*.

ignaue *etiam P*: gnaue *Salmasius*. Brutus *etiam P*: Drusus *Gelenius*. quidem *etiam P*: pridem *ed. Bipont*. timere *etiam Burer*: tam re *P*.

Corruptissimus locus et paene conclamatus; quamquam multis

uidentur praeclare operam in eo nauasse Ruhnkenius et Maduicus, hic corrigendo *ancipitia sibi* [*maluit*] *tenere*, ille pro *ignaue* scribens *ignouit* secundum ed. Bipont. Et hoc quidem ita non placet ut dubitationem moueat potueritne sic scribi a Paterculo; nam hic uno quidem loco habet *omnia sibi ignoscere* (30. 3) sed addito *sibi*: in ceteris datiuum constanter adhibuit, nec de hominibus tantum ut 56. 1 *omnibus qui contra se arma tulerant ignouit*, 114. 3 *non sequentibus disciplinam . . . ignouit*, sed etiam ubi de factis sermo est ut 83. 2 *id probatum a Caesare cui ille ignouerat*. At uero aduerbium optime hic positum est, modo pro *ignaue* uel cum Salmasio scribas *gnaue* uel, quod malo, *non ignaue*: nam Paterculum non *ignauiam* obiecisse Germanico ostendunt 116. 1 *magna experimenta uirtutis Germanicus dedit* et 129. 2, neque ita infensus erat Tiberius Germanico ut infamatum eum libenter esset lecturus, eo certe nomine quo nihil esset Romano indignius imperatore.

quidem si pro *pridem* (Heins.) scripsit librarius, comparandum erit *quae positus* pro *praepositus* 116. 2: recte enim sic uidetur Murbacensem interpretatus Rhenanus. Recte idem Rhenanus, me iudice, in Murbacensi *tam re* potius quam *timere* uidit: pulchre opponuntur *re*, *exemplo perniciosa*; quod autem Amerb. inter *m* et *r* legere sibi uisus est *e*, id relictum puto ex *tam(qu)e re* uel potius *t*/*m*//*e re*, quemadmodum scriptum fortasse fuerat. Accusatiuis *ancipitia sibi tam(qu)e re quam exemplo perniciosa* alterum accusatiuum *obsidentis* per zeugma adnexum, utrosque autem ex eodem uerbo *coercuit* pendentes facio: nam et acta seditiose et ipsos per seditionem se obsidentis inhibuit: 'he put a check upon acts which were hazardous to himself (i. e. to his authority as general) and were as noxious in their mere commission as in the example they set, and used the very swords with which the soldiers were blockading him as a check on the blockaders.'

126 1 Horum XVI annorum opera quis cum insera oculis animisque omnium in partibus eloquatur? *A*.

insera *etiam Burer*: inserta sint *P*.

Non *inserta sint* facio ex eo quod habuit Murbacensis *insera*, sed quod sententiae aptius est, *ingerant se* uel *ingerantur* 'obtrude, force themselves upon.' Verr. ii. 3. 69 *ingerebat iste*

Artemidorum Cornelium medicum et Tlepolemum Cornelium pictorem. Prop. iv. 5. 35 *Ingerat Apriles Iole tibi.* Dial. de Orat. 7 *quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt.* Minuc. Octau. 17. 2 *ingerentem sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem.*

in partibus perperam *AP*, cum alio significatu id dicatur. Luc. v. 14 *Magnum in partibus esse*, h.e. fauere senatorum causae. Flor. iii. 5. 23 *luna in partibus* h.e. commilitans Romanis.

126 1 sacrauit parentem suum Caesar non imperio sed religione non appellauit eum sed fecit deum. *A.*

Manil. iv. 933-935 *Ne dubites homini diuinos credere uisus. Iam facit ipse deos, mittitque ad sidera numen, Maius et Augusto crescit sub principe caelum.*

127 4 Seianum V. sic describit

uirum sæueritatis laetissimae hilaritatis priscae actu uitio (*del.*) otiosis similimum. *A.*

Aut *serenitatis* aut *securitatis*, 'composure,' praetulerim.

128 2 M. Catonem nouum etiam Tusculo urbis inquilinum. *AP.*

Puto interpungendum esse post *Tusculo.* Nouus homo erat Cato etiam in oppido ubi natus est, Romae non uerus ciuis, sed inquilinus siue μέτοικος, ut Sallusti uerbis utar de Cicerone Cat. 31 *M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romae.*

129 3 De bello loquens quod cum Sacrouiro gessit ac compressit Tiberius, haec scripsit V.

ut ante P. R. uicisse quam bellare cognosceret nuntiosque periculi uictoriae praecederet nuntius[1].

Haec cum 121. 3 comparanda sunt:

Fortunae uero quis non miretur indulgentiam (*sic P*)? quippe omnis eminentissimos hostium duces non occisos fama narrauit sed uinctos triumphus ostendit.

Comparatis duobus his locis apparet Rhenanum recte edidisse *indulgentiam*, cf. Flor. ii. 14 fin. *hoc quoque illi in malis suis indulgente fortuna ut p. R. quasi de uero rege triumpharet*, non, quod est in *A*, *indiligentiam*, tametsi et optimae latinitatis

[1] Simillime Flor. ii. 13. 2 *hoc bellum ante finitum est quam geri Romae nuntiaretur.*

hoc est, et indiligens fortuna dici poterat, quae non uictoriae ex Delmatis omnem cursum ordine explicarit, primo nuntiis Romam missis, uicisse Tiberium, deinde quos duces hostium occiderit, postremo quot eorum uiuos ceperat uinctos in triumpho ostendendo, sed spreto ordine uictoriam simul et triumphum inque eo uinctos duces oculis Romanorum repraesentarit.

ADDENDA

AD LIBRVM PRIMVM

Nuper de Vellei lib. i disseruit F. Schoell Mus. Rhen. liii. 511–525, unde haec excerpsi.

2 1 Quod, Burero teste, in Murbacensi fuit *rixam. ncies*, id Schoellius ex *rixam* ·*n* *cies* ortum putat, *de industria inprudenter* interpretatus est tamquam oxymoron, 'with a deliberate (or, intentional) want of forethought.' Per idem genus oxymori putat dictum i. 15. 3 *cui in demoliendo eximia ciuitatis seueritas et consul Caepio restitere*; cum enim demoliri plerumque sit τῶν νεωτεριζόντων, Cassi theatrum qui demoliebantur seueritatis partes pro republica suscepere. *Caepio* autem, non *Scipio*, restituendum putat Velleio; nam et Murbacensis habuit *Cepio*, et Appiani codices B. C. i. 28, ubi eadem res narratur, καιπίων uel καὶ πίων uidentur praestare. Nam ut hic Appiano Velleium, sic et Seruio alibi et Vitruuio consentire contra uulgus auctorum: Seruio (Ecl. v. 11 *illos posse uincere quorum dux perisset*), cum oraculum illud Pythium *quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores* (Vell. i. 2. 1) uniuerse sic enuntiarit, non de uno Codro, ut reliqui (Cic. Tusc. i. 116; Val. Max. v. 6. 1 Ext.; Iust. i. 2. 6): Vitruuio, cum Ionem ducem fecerit coloniarum quas Athenienses in Ioniam miserint (Vell. i. 4. 3; Vitr. iv. 1. 25), reliqui Codridis munus id adtribuerint.

6 3 Pro eo quod est in *A uir*, Schoellius coni. *in r.* (*p.*) = in rem publicam.

8 1 Post *Olympiorum* Schoellius credit excidisse *Olympiadum*: sic explicari *tum* § 3, et quae initio § 4 stant, *sexta olympiade post XXII annos quam prima constituta fuerat.*

9 1 scribit: *at plerumque superior fuit magnamque partem Graeciae in societatem suam perducere quiuit.*

10 4 ante *ordinem* cum *in* sit in *A*, hoc Schoellius ex *VII* (*ante triumphi diem septimum*) corruptum existimat.

12 fin. Schoellius scribit: *si modo* (*umbra*) *usquam stantis maneret Carthaginis.* Illis autem de quibus multum ambigitur *adeo odium certaminibus ortum ultra metum durat et ne in uictis quidem deponitur neque ante* †*inuisum esse desinit quam esse desiit* sic opitulatum iit ut *inuisum esse* substantiuum faciat et subiectum, quod dicunt, sententiae: 'to be hated only ceases with existence.' Quod mihi quidem difficilius dictum uidetur.

16 3 *ac nouam comicam Menander aequalesque eius aetatis magis quam operis Philemo et Diphilus et inuenere intra paucissimos annos neque imitanda reliquere.*

In his Heinsium secutus *noua comica* Schoellius scribendum putat, cum non *lyrica* solum extet ap. Plin. Ep. iii. 1. 7, sed et *tragica* et *comica*, et hoc quidem ap. Apoll. Sidon. c. xxiii. 147. In ceteris mecum facit: nam quod Haasius et Maduicus *non* aut post *aetatis* aut ante hoc infercierunt, id respuit tamquam Velleiano acumini minus congruum.

17 5 sic scribit: *huius ergo recedentis* usque [post] *saeculum ingeniorum similitudinis.*

18 1 scribit: *una urbs Attica pluribus alumnis eloquentiae . . . floruit.*

AD LIBRVM SECVNDVM

10 1 Bywater sic locum constituit: *adeo mature a rectis in praua, a prauis in praecipitia peruenitur*: cum enim adscriptum
in uitia *a uitiis*
fuisset *a rectis in praua a prauis*, paulatim glossae quae fuerant, textus partem factas esse.

Clarendon Press, Oxford.

SELECT LIST OF STANDARD WORKS.

1. STANDARD LATIN WORKS.

Avianus. *The Fables.* Edited, with Prolegomena, Critical Apparatus, Commentary, &c., by Robinson Ellis, M.A., LL.D. 8vo. 8s. 6d.

Catulli Veronensis *Liber.* Iterum recognovit, Apparatum Criticum Prolegomena Appendices addidit, R. Ellis, A.M. 8vo. 16s.

Catullus, *a Commentary on.* By Robinson Ellis, M.A. *Second Edition.* 8vo. 18s.

Cicero. *De Oratore Libri Tres.* With Introduction and Notes. By A. S. Wilkins, Litt.D. 8vo. 18s.

Also, separately,

Book I. 7s. 6d. Book II. 5s. Book III. 6s.

—— *Philippic Orations.* With Notes. By J. R. King, M.A. *Second Edition.* 8vo. 10s. 6d.

—— *Pro Milone.* Edited by A. C. Clark, M.A. 8vo. 8s. 6d.

Cicero. *Select Letters.* With English Introductions, Notes, and Appendices. By Albert Watson, M.A. *Fourth Edition.* 8vo. 18s.

Horace. With a Commentary. By E. C. Wickham, D.D. *Two Vols.*

Vol. I. The Odes, Carmen Seculare, and Epodes. *Third Edition.* 8vo. 12s.

Vol. II. The Satires, Epistles, and De Arte Poetica. 8vo. 12s.

Juvenal. *Thirteen Satires.* Edited, with Introduction and Notes, by C. H. Pearson, M.A., and Herbert A. Strong, M.A., LL.D. *Second Edition.* Crown 8vo. 9s.

Manilius. *Noctes Manilianae; sive Dissertationes in Astronomica Manilii. Accedunt Coniecturae in Germanici Aratea.* Scripsit R. Ellis. Crown 8vo. 6s.

Merry. *Selected Fragments of Roman Poetry.* Edited, with Introduction and Notes, by W. W. Merry, D.D. Crown 8vo. 6s. 6d.

Ovid. *P. Ovidii Nasonis Ibis.* Ex Novis Codicibus edidit, Scholia Vetera Commentarium cum Prolegomenis Appendice Indice addidit, R. Ellis, A.M. 8vo. 10*s.* 6*d.*

—— *P. Ovidi Nasonis Tristium Libri V.* Recensuit S. G. Owen, A.M. 8vo. 16*s.*

Persius. *The Satires.* With a Translation and Commentary. By John Conington, M.A. Edited by Henry Nettleship, M.A. *Third Edition.* 8vo. 8*s.* 6*d.*

Plautus. *Rudens.* Edited, with Critical and Explanatory Notes, by E. A. Sonnenschein, M.A. 8vo. 8*s.* 6*d.*

Quintilian. *Institutionis Oratoriae Liber Decimus.* A Revised Text, with Introductory Essays, Critical Notes, &c. By W. Peterson, M.A., LL.D. 8vo. 12*s.* 6*d.*

Rushforth. *Latin Historical Inscriptions, illustrating the History of the Early Empire.* By G. McN. Rushforth, M.A. 8vo. 10*s. net.*

Tacitus. *The Annals.* Edited, with Introduction and Notes, by H. Furneaux, M.A. 2 Vols. 8vo.

Vol. I, Books I–VI. *Second Edition.* 18*s.*

Vol. II, Books XI–XVI. 20*s.*

—— *De Germania.* By the same Editor. 8vo. 6*s.* 6*d.*

—— *Dialogus de Oratoribus.* A Revised Text, with Introductory Essays, and Critical and Explanatory Notes. By W. Peterson, M.A., LL.D. 8vo. 10*s.* 6*d.*

Virgil. *With an Introduction and Notes.* By T. L. Papillon, M.A., and A. E. Haigh, M.A. 2 vols. Crown 8vo. Cloth, 6*s.* each; *stiff covers* 3*s.* 6*d.* each.

Also sold in parts, as follows—*Bucolics* and *Georgics*, 2*s.* 6*d.* *Aeneid*, in 4 parts, 2*s.* each.

King and Cookson. *The Principles of Sound and Inflexion, as illustrated in the Greek and Latin Languages.* By J. E. King, M.A., and Christopher Cookson, M.A. 8vo. 18*s.*

—— *An Introduction to the Comparative Grammar of Greek and Latin.* Crown 8vo. 5*s.* 6*d.*

Lindsay. *The Latin Language.* An Historical Account of Latin Sounds, Stems and Flexions. By W. M. Lindsay, M.A. Demy 8vo. 21*s.*

Nettleship. *Lectures and Essays on Subjects connected with Latin Scholarship and Literature.* By Henry Nettleship, M.A. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

—— *Second Series*, edited by F. J. Haverfield, with Memoir by Mrs. Nettleship. Crown 8vo. 7*s.* 6*d.*

Nettleship. *Ancient Lives of Vergil.* 8vo, sewed, 2*s.*

—— *Contributions to Latin Lexicography.* 8vo. 21*s.*

Sellar. *Roman Poets of the Augustan Age.* By W. Y. Sellar, M.A.; viz.

I. Virgil. *New Edition.* Crown 8vo. 9*s.*

II. Horace and the Elegiac Poets. With a Memoir of the Author by Andrew Lang, M.A., and a Portrait. 8vo. 14*s.*

—— *Roman Poets of the Republic. Third Edition.* Crown 8vo. 10*s.*

Wordsworth. *Fragments and Specimens of Early Latin.* With Introductions and Notes. By J. Wordsworth, D.D. 8vo. 18*s.*

2. STANDARD GREEK WORKS.

Chandler. *A Practical Introduction to Greek Accentuation*, by H. W. Chandler, M.A. *Second Edition.* 10s. 6*d*.

Farnell. *The Cults of the Greek States. With Plates.* By L. R. Farnell, M.A.
Vols. I and II. 8vo. 32*s*. *net.*
Volume III *in Preparation.*

Haigh. *The Attic Theatre.* A Description of the Stage and Theatre of the Athenians, and of the Dramatic Performances at Athens. By A. E. Haigh, M.A. 8vo. 12*s*. 6*d*.

—— **The Tragic Drama of the** Greeks. With Illustrations. 8vo. 12*s*. 6*d*.

Head. *Historia Numorum:* A Manual of Greek Numismatics. By Barclay V. Head. Royal 8vo, half-bound, 2*l*. 2*s*.

Hicks. *A Manual of Greek Historical Inscriptions.* By E. L. Hicks, M.A. 8vo. 10*s*. 6*d*.

Hill. *Sources for Greek History between the Persian and Peloponnesian Wars.* Collected and arranged by G. F. Hill, M.A. 8vo. 10*s*. 6*d*.

King and **Cookson.** *The Principles of Sound and Inflexion, as illustrated in the Greek and Latin Languages.* By J. E. King, M.A., and Christopher Cookson, M.A. 8vo. 18*s*.

Liddell and **Scott.** *A Greek-English Lexicon*, by H. G. Liddell, D.D., and Robert Scott, D.D. *Eighth Edition, Revised.* 4to. 1*l*. 16*s*.

Monro. *Modes of Ancient Greek Music.* By D. B. Monro, M.A. 8vo. 8*s*. 6*d*. *net.*

Paton and **Hicks.** *The Inscriptions of Cos.* By W. R. Paton and E. L. Hicks. Royal 8vo, linen, with Map, 28*s*.

Smyth. *The Sounds and Inflections of the Greek Dialects* (Ionic). By H. Weir Smyth, Ph. D. 8vo. 24*s*.

Thompson. *A Glossary of Greek Birds.* By D'Arcy W. Thompson. 8vo, buckram, 10*s*. *net.*

Veitch. *Greek Verbs, Irregular and Defective.* By W. Veitch, LL.D. *Fourth Edition.* Crown 8vo. 10*s*. 6*d*.

Wright. *Golden Treasury of Ancient Greek Poetry.* By R. S. Wright, M.A. *Second Edition.* Revised by Evelyn Abbott, M.A., LL.D. Extra fcap. 8vo. 10*s*. 6*d*.

Aeschinem et Isocratem, *Scholia Graeca in.* Edidit G. Dindorfius. 8vo. 4*s*.

Aeschylus. *In Single Plays.* With Introduction and Notes, by Arthur Sidgwick, M.A. *Third Edition.* Extra fcap. 8vo. 3*s*. each.

I. Agamemnon.
II. Choephoroi.
III. Eumenides.
IV. Prometheus Bound. With Introduction and Notes, by A. O. Prickard, M.A. *Third Edition.* 2*s*.

Aeschyli *quae supersunt in Codice Laurentiano quoad effici potuit et ad cognitionem necesse est visum typis descripta edidit* R. Merkel. Small folio. 1*l*. 1*s*.

Aeschylus: *Tragoediae et Fragmenta*, ex recensione Guil. Dindorfii. *Second Edition.* 8vo. 5*s*. 6*d*.

—— *Annotationes* Guil. Dindorfii. Partes II. 8vo. 10*s*.

Apsinis et Longini *Rhetorica.* E Codicibus mss. recensuit Joh. Bakius. 8vo. 3*s*.

Aristophanes. *A Complete Concordance to the Comedies and Fragments.* By H. Dunbar, M.D. 4to. 1*l.* 1*s.*

—— *Comoediae et Fragmenta*, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 8vo. 11*s.*

—— *Annotationes* Guil. Dindorfii. Partes II. 8vo. 11*s.*

—— *Scholia Graeca* ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Partes III. 8vo. 1*l.*

—— *In Single Plays.* Edited, with English Notes, Introductions, &c., by W. W. Merry, D.D. Extra fcap. 8vo.

The Acharnians. *Fourth Edition*, 3*s.*
The Birds. *Third Edition*, 3*s.* 6*d.*
The Clouds. *Third Edition*, 3*s.*
The Frogs. *Third Edition*, 3*s.*
The Knights. *Second Edition*, 3*s.*
The Wasps. 3*s.* 6*d.*

Aristotle. Ex recensione Im. Bekkeri. Accedunt Indices Sylburgiani. Tomi XI. 8vo. 2*l.* 10*s.*

The volumes (except Vols. I and IX) may be had separately, price 5*s.* 6*d.* each.

—— *Ethica Nicomachea*, recognovit brevique Adnotatione critica instruxit I. Bywater. 8vo. 6*s.*

Also in crown 8vo, paper cover, 3*s.* 6*d.*

—— Contributions to the Textual Criticism of the Nicomachean Ethics. By I. Bywater. 2*s.* 6*d.*

—— *Selecta* ex Organo Aristoteleo Capitula. In usum Scholarum Academicarum. Crown 8vo, stiff covers. 3*s.* 6*d.*

—— Notes on the Nicomachean Ethics. By J. A. Stewart, M.A. 2 vols. 8vo. 32*s.*

—— *The Politics*, with Introductions, Notes, &c., by W. L. Newman, M.A. Vols. I and II. Medium 8vo. 28*s.*

Aristotle. *The Politics*, translated into English, with Introduction, Marginal Analysis, Notes, and Indices, by B. Jowett, M.A. Medium 8vo. 2 vols. 21*s.*

—— *Aristotelian Studies.* I. On the Structure of the Seventh Book of the Nicomachean Ethics. By J. C. Wilson, M.A. 8vo, stiff covers, 5*s.*

—— *The English Manuscripts of the Nicomachean Ethics, described in relation to Bekker's Manuscripts and other Sources.* By J. A. Stewart, M.A. (Anecdota Oxon.) Small 4to. 3*s.* 6*d.*

—— *Physics.* Book VII. Collation of various MSS.; with Introduction by R. Shute, M.A. (Anecdota Oxon.) Small 4to. 2*s.*

Choerobosci *Dictata in Theodosii Canones, necnon Epimerismi in Psalmos.* E Codicibus mss. edidit Thomas Gaisford, S.T.P. Tomi III. 8vo. 15*s.*

Demosthenes. Ex recensione G. Dindorfii. Tomi IX. 8vo. 2*l.* 6*s.*

Separately—
Text, 1*l.* 1*s.* Annotations, 15*s.*
Scholia, 10*s.*

Demosthenes and Aeschines. The Orations of Demosthenes and Aeschines on the Crown. With Introductory Essays and Notes. By G. A. Simcox, M.A., and W. H. Simcox, M.A. 8vo. 12*s.*

Demosthenes. *Orations against Philip.* With Introduction and Notes, by Evelyn Abbott, M.A., and P. E. Matheson, M.A.

Vol. I. Philippic I. Olynthiacs I–III. Extra fcap. 8vo. 3*s.*
Vol. II. De Pace, Philippic II. De Chersoneso, Philippic III. Extra fcap. 8vo. 4*s.* 6*d.*

Euripides. *Tragoediae et Fragmenta*, ex recensione Guil. Dindorfii. Tomi II. 8vo. 10*s.*

Euripides. *Annotationes* Guil. Dindorfii. Partes II. 8vo. 10*s.*

—— *Scholia Graeca*, ex Codicibus aucta et emendata a Guil. Dindorfio. Tomi IV. 8vo. 1*l.* 16*s.*

Hephaestionis *Enchiridion, Terentianus Maurus, Proclus, &c.* Edidit T. Gaisford, S.T.P. Tomi II. 10*s.*

Heracliti *Ephesii Reliquiae.* Recensuit I. Bywater, M.A. Appendicis loco additae sunt Diogenis Laertii Vita Heracliti, Particulae Hippocratei De Diaeta Lib. I., Epistolae Heracliteae. 8vo. 6*s.*

Herodotus. *Books V and VI,* Terpsichore and Erato. Edited, with Notes and Appendices, by Evelyn Abbott, M.A., LL.D. 8vo, with two Maps, 10*s.* 6*d.*

Homer. *A Complete Concordance to the Odyssey and Hymns of Homer;* to which is added a Concordance to the Parallel Passages in the Iliad, Odyssey, and Hymns. By Henry Dunbar, M.D. 4to. 1*l.* 1*s.*

—— *A Grammar of the Homeric Dialect.* By D. B. Monro, M.A. 8vo. *Second Edition.* 14*s.*

—— *Ilias*, ex rec. Guil. Dindorfii. 8vo. 5*s.* 6*d.*

—— *Scholia Graeca in Iliadem.* Edited by W. Dindorf, after a new collation of the Venetian MSS. by D. B. Monro, M.A. 4 vols. 8vo. 2*l.* 10*s.*

—— *Scholia Graeca in Iliadem Townleyana.* Recensuit Ernestus Maass. 2 vols. 8vo. 1*l.* 16*s.*

Homer. *Odyssea*, ex rec. G. Dindorfii. 8vo. 5*s.* 6*d.*

—— *Scholia Graeca in Odysseam.* Edidit Guil. Dindorfius. Tomi II. 8vo. 15*s.* 6*d.*

—— *Odyssey.* Books I–XII. Edited with English Notes, Appendices, &c. By W. W. Merry, D.D., and James Riddell, M.A. *Second Edition.* 8vo. 16*s.*

—— *Hymni Homerici.* Codicibus denuo collatis recensuit Alfredus Goodwin. Small folio. With four Plates. 21*s. net.*

Homeri Opera et Reliquiae. Crown 8vo. 10*s.* 6*d. net.*

Oratores Attici, ex recensione Bekkeri:

I. Antiphon, Andocides, et Lysias. 8vo. 7*s.*

II. Isocrates. 8vo. 7*s.*

III. Isaeus, Aeschines, Lycurgus, Dinarchus, &c. 8vo. 7*s.*

Paroemiographi Graeci, *quorum pars nunc primum ex Codd. mss. vulgatur.* Edidit T. Gaisford, S.T.P. 1836. 8vo. 5*s.* 6*d.*

Plato. *Apology*, with a revised Text and English Notes, and a Digest of Platonic Idioms, by James Riddell, M.A. 8vo. 8*s.* 6*d.*

—— *Philebus*, with a revised Text and English Notes, by Edward Poste, M.A. 8vo. 7*s.* 6*d.*

—— *Republic.* The Greek Text. Edited, with Notes and Essays, by B. Jowett, M.A. and Lewis Campbell, M.A. In three vols. Medium 8vo. 2*l.* 2*s.*

—— *Sophistes* and *Politicus*, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. 8vo. 10*s.* 6*d.*

Plato. *Theaetetus*, with a revised Text and English Notes, by L. Campbell, M.A. *Second Edition.* 8vo. 10s. 6d.

—— *The Dialogues*, translated into English, with Analyses and Introductions, by B. Jowett, M.A. *Third Edition.* 5 vols. medium 8vo. Cloth, 4l. 4s.; half-morocco, 5l.

—— *The Republic*, translated into English, with Analysis and Introduction, by B. Jowett, M.A. Medium 8vo. 12s. 6d.; half-roan, 14s.

—— *With Introduction and Notes.* By St. George Stock, M.A. Extra fcap. 8vo.

I. The Apology, 2s. 6d.

II. Crito, 2s. III. Meno, 2s. 6d.

—— *Selections. With Introductions and Notes.* By John Purves, M.A., and Preface by B. Jowett, M.A. *Second Edition.* Extra fcap. 8vo. 5s.

—— *A Selection of Passages from Plato for English Readers;* from the Translation by B. Jowett, M.A. Edited, with Introductions, by M. J. Knight. 2 vols. Crown 8vo, gilt top. 12s.

Plotinus. Edidit F. Creuzer. Tomi III. 4to. 1l. 8s.

Polybius. *Selections.* Edited by J. L. Strachan-Davidson, M.A. With Maps. Medium 8vo. 21s.

Plutarchi *Moralia, id est, Opera, exceptis Vitis, reliqua.* Edidit Daniel Wyttenbach. Accedit Index Graecitatis. Tomi VIII. Partes XV. 1795–1830. 8vo, cloth, 3l. 10s.

Sophocles. *The Plays and Fragments.* With English Notes and Introductions, by Lewis Campbell, M.A. 2 vols. 8vo, 16s. *each.*

Vol. I. Oedipus Tyrannus. Oedipus Coloneus. Antigone.

Vol. II. Ajax. Electra. Trachiniae. Philoctetes. Fragments.

Sophocles. *Tragoediae et Fragmenta,* ex recensione et cum commentariis Guil. Dindorfii. *Third Edition.* 2 vols. Fcap. 8vo. 1l. 1s. Each Play separately, limp, 2s. 6d.

—— *Tragoediae et Fragmenta* cum Annotationibus Guil. Dindorfii. Tomi II. 8vo. 10s.

The Text, Vol. I. 5s. 6d.

The Notes, Vol. II. 4s. 6d.

Stobaei *Florilegium.* Ad MSS. fidem emendavit et supplevit T. Gaisford, S.T.P. Tomi IV. 8vo. 1l.

—— *Eclogarum Physicarum et Ethicarum libri duo.* Accedit Hieroclis Commentarius in aurea carmina Pythagoreorum. Ad mss. Codd. recensuit T. Gaisford. S.T.P. Tomi II. 8vo. 11s.

Strabo. *Selections*, with an Introduction on Strabo's Life and Works. By H. F. Tozer, M.A., F.R.G.S. 8vo. With Maps and Plans. 12s.

Theodoreti *Graecarum Affectionum Curatio.* Ad Codices mss. recensuit T. Gaisford, S.T.P. 8vo. 7s. 6d.

Thucydides. Translated into English, with Introduction, Marginal Analysis, Notes, and Indices. By B. Jowett, M.A. [Reprinting.]

Xenophon. Ex recensione et cum annotationibus L. Dindorfii.

Historia Graeca. Second Edition. 8vo. 10s. 6d.

Expeditio Cyri. Second Edition. 8vo. 10s. 6d.

Institutio Cyri. 8vo. 10s. 6d.

Memorabilia Socratis. 8vo. 7s. 6d.

Opuscula Politica Equestria et Venatica cum Arriani Libello de Venatione. 8vo. 10s. 6d.

3. MISCELLANEOUS STANDARD WORKS.

Arbuthnot. *The Life and Works of John Arbuthnot.* By George A. Aitken. 8vo, cloth extra, with Portrait, 16s.

Bacon. *The Essays.* Edited with Introduction and Illustrative Notes, by S. H. Reynolds, M.A. 8vo, half-bound, 12s. 6d.

Casaubon (Isaac), 1559–1614. By Mark Pattison, late Rector of Lincoln College. *Second Edition.* 8vo. 16s.

Finlay. *A History of Greece from its Conquest by the Romans to the present time,* B.C. 146 to A.D. 1864. By George Finlay, LL.D. A new Edition, revised throughout, and in part re-written, with considerable additions by the Author, and edited by H. F. Tozer, M.A. 7 vols. 8vo. 3l. 10s.

Gaii *Institutionum Juris Civilis Commentarii Quattuor;* or, Elements of Roman Law by Gaius. With a Translation and Commentary by Edward Poste, M.A. *Third Edition.* 8vo. 18s.

Hodgkin. *Italy and her Invaders.* With Plates and Maps. By Thomas Hodgkin, D.C.L. A.D. 376–744. 8vo. Vols. I and II, *Second Edition,* 2l. 2s. Vols. III and IV, *Second Edition,* 1l. 16s. Vols. V and VI, 1l. 16s.

Hooker, Sir J. D., and B. D. Jackson. *Index Kewensis.* 2 vols. 4to. 10l. 10s. *net.*

Justinian. *Imperatoris Iustiniani Institutionum Libri Quattuor;* with Introductions, Commentary, Excursus and Translation. By J. B. Moyle, D.C.L. *Third Edition.* 2 vols. 8vo. 22s.

Machiavelli. *Il Principe.* Edited by L. Arthur Burd. With an Introduction by Lord Acton. 8vo. 14s.

Pattison. *Essays by the late Mark Pattison,* sometime Rector of Lincoln College. Collected and Arranged by Henry Nettleship, M.A. 2 vols. 8vo. 24s.

Ralegh. *Sir Walter Ralegh.* A Biography. By W. Stebbing, M.A. 8vo. 10s. 6d.

Ramsay. *The Cities and Bishoprics of Phrygia;* being an Essay of the Local History of Phrygia, from the Earliest Times to the Turkish Conquest. By W. M. Ramsay, D.C.L., LL.D. Vol. I. Part I. *The Lycos Valley and South-Western Phrygia.* Royal 8vo, linen, 18s. *net.* Vol. I. Part II. *West and West-Central Phrygia.* Royal 8vo, linen, 21s. *net.*

Selden. *The Table Talk of John Selden.* Edited, with an Introduction and Notes, by Samuel Harvey Reynolds, M.A. 8vo, half-roan, 8s. 6d.

Stokes. *The Anglo-Indian Codes.* By Whitley Stokes, LL.D.
Vol. I. Substantive Law. 8vo. 30s.
Vol. II. Adjective Law. 8vo. 35s.

Strachey. *Hastings and The Rohilla War.* By Sir John Strachey, G.C.S.I. 8vo, cloth, 10s. 6d.

Thomson. *Notes on Recent Researches in Electricity and Magnetism.* By J. J. Thomson, M.A., F.R.S. 8vo. 18s. 6d.

4. STANDARD THEOLOGICAL WORKS.

St. Basil: *The Book of St. Basil on the Holy Spirit.* A Revised Text, with Notes and Introduction by C. F. H. Johnston, M.A. Crown 8vo. 7s. 6d.

Bright. *Chapters of Early English Church History.* By W. Bright, D.D. *Third Edition.* 8vo. 12s.

Canons of the First Four General Councils *of Nicaea, Constantinople, Ephesus, and Chalcedon.* With Notes, by W. Bright, D.D. *Second Edition.* Crown 8vo. 7s. 6d.

The Book of Enoch. *Translated from Dillmann's Ethiopic Text* (emended and revised), and Edited by R. H. Charles, M.A. 8vo. 16s.

Ecclesiasticus (xxxix. 15—xlix. 11). The Original Hebrew, with Early Versions and English Translations, &c. Edited by A. Cowley, M.A., and Ad. Neubauer, M.A. 4to. 10s. 6d. *net.*

Hatch and Redpath. *A Concordance to the Greek Versions and Apocryphal Books of the Old Testament.* By the late Edwin Hatch, M.A., and H. A. Redpath, M.A. In Six Parts. Imperial 4to. 21s. each.

Ommanney. *A Critical Dissertation on the Athanasian Creed. Its Original Language, Date, Authorship, Titles, Text, Reception, and Use.* By G. D. W. Ommanney, M.A. 8vo. 16s.

Studia Biblica et Ecclesiastica. *Essays in Biblical and Patristic Criticism, and kindred subjects.* By Members of the University of Oxford. 8vo.

Vol. I. 10s. 6d.
Vol. II. 12s. 6d.
Vol. III. 16s.
Vol. IV. 12s. 6d.

5. A NEW ENGLISH DICTIONARY on Historical Principles, founded mainly on the materials collected by the Philological Society. Imperial 4to.

PRESENT STATE OF THE WORK.

Vol.	Letter		Binding / Part	£	s.	d.
Vol. I.	A, B	Edited by Dr. Murray	Half-morocco	2	12	6
Vol. II.	C	Edited by Dr. Murray	Half-morocco	2	12	6
Vol III.	D, E	Edited by Dr. Murray and Mr. Henry Bradley.	Half-morocco	2	12	6
Vol. IV.	F	Edited by Mr. Henry Bradley	F—Field.	0	7	6
			Field—Frankish	0	12	6
		(*The remainder of the Letter* F *will be published on Jan.* 1, 1898.)				
	G	To be edited by Mr. Henry Bradley. *In Preparation.*				
Vol. V.	H-K.	Edited by Dr. Murray. *In the Press.*				

Oxford
AT THE CLARENDON PRESS
LONDON: HENRY FROWDE
OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, AMEN CORNER, E.C.